

R 10487

Francfort  
1612

Alsted, Johann Heinrich

*Johannis Henrici Alstedii Trigae  
canonicae, quarum prima est dilucida artis  
mnemologicae...secunda est artis*

janvier



THE PAPAL EMBLEM OF POPE JOHN PAUL II. MARCH 25, 1985



IOHANNIS HENRICI  
ALSTEDI

# TRIGÆ CA- NONICÆ,

QVARVM

PRIMA, EST DILVCIDA AR-  
tis Mnemologica, vulgo Memoratiæ, traditæ  
à Cicerone, Quintiliano, aliisq; oratoribus  
quæ præcis, quæ recentibus, explicatio  
& applicatio.


SECUNDA,

EST ARTIS LVLLIANÆ, A MVLTIS  
neglecta & nescia quo ediclo proscripta, archite.  
lura, & usus locupletissimus.

TERTIA,

EST ARTIS ORATORIÆ NO-  
uum magisterium, quo continetur utlis introduc-  
tio ad copiam rerum comparandam per tres rotas  
sive circulos Generis Demonstratiui, Deliberatiui,  
& Iudicialis: itemque ad comparandam copiam  
verborum per Triangulum aliasq;ue  
figuras.

Vna viâ, non vno gradu.



FRANCO FVRTI,

Ex Officina Typographica Wolfgangi Richteti,  
Impenis Antonii Hummi.

M. DC. XII.

— Cypri —

A V T H O R E S , Q V O -  
R V M O P E R A V S V S È S T  
huius Opusculi autho.

- I. Marcus Tullius Cicero *libr.3; ad Herennium.*
- II. Iordanus Brunus Nolanus *de Architectura Ludi.*  
*lianâ & compositione imaginum.*
- III. Bartholomaeus Keckermannus. *l. 3 Rhetor.*
- IV. Petrus Gregorius Tholozanus. *libr. Syntaxan*  
*artus mirabilia.*
- V. Valerius de Valeriis. *lib. qui inscribitur opus au-*  
*reum.*
- VI. Iason Notes. *libri Rhetorici salicè conscripti, qui*  
*Legatis, Ecclesiasticis, Indicibus, Orationibus per-*  
*utilis sunt.*
- VII. Antonius Possevinius. *libr. 18. Bibliotheca selecta.*
- VIII. Raymundo Lulius *ars eius breuu, Cabala, Rhei-*  
*terita, ars magna, generalis & ultima, via veri-*  
*tatis, ars demonstrativa.*
- IX. Petrus Rauenus, *qui dicitur, magister de memo-*  
*ria.*
- X. Nicolaus Simonis ex Weyda.
- XI. Johannes Romberch de Kirspe monachus.
- XII. Lambertus Schonekelius Dusilius.



*Illustri & Generoso Domino,*

**DN. WLA DISLAO**  
COMITI AB OSTROROG,  
POLONO, DOMINO IN  
Krilhovv, &c.

*Illustris & Magnifici viri ac Domini,*

**DN. NICOLAI**  
COMITIS AB OSTROROG,  
DOMINI IN KRI LHOW &c.  
Castellani Belzenlis, Soncelensis Capitanei  
in Poloniâ, filio & heredivnico, Domi-  
no meo gratiosissimo

S. D.

**L**UVSTRIS & Generose  
Domine Comes Wladiislae,  
Quales hoc seculum, aliâs  
luminarû Dei gratiâ si vi-  
lum aliu vel maioru gentium, magnâ  
(?) 2 copia

## E P I S T O L A

copiâ proferat criticos, Sole meridiano  
clarius est. Tales scilicet, quibus volupe  
est, si non omnia, tamen pleraq; recens  
scripta, damnare vel falsitatis, vel arro-  
gantiax, vel levitatis. Falsa iis sunt, quæ  
ipis ignota sunt. Nescienti siquidem,  
& præconceptas opinones mordicūs  
defendent, ea falsa quæ inaudita. Ar-  
roganter scripta iisdem sunt, quæ non  
nunquam tollunt veterum quotun-  
dam errores, quos illi probant, ob id sci-  
licet, quia inde ab ultima memoria in-  
valuerunt. Lewia denique iudicant quæ  
non induta sunt vestem oratoriam,  
quæque simplici scripta sunt stilo. Quid  
ergo? Num tales sunt omnes ad vnum,  
qui in orbis literato? Minimè verò. Isti,  
quos terigi, sunt deteriores criticorum;  
& quia deteriores, usurpant & arrogant  
sibi tam plausibile, tam honestum C R I-  
T I C O R V M nomen. Ea enim est, indo-  
ctorum dicam an semidoctorum, indo-  
les, ut vanâ scientiâ turgidi, se in doctis  
numerati satagant. His adde eos, qui o-  
mnia scripta probatum eunt. Vulgo a-  
dulatores audiunt. Meliores autem  
cri-

D E D I C A T O R I A.

criticorum sunt, qui nec omnia laudant, nec omnia vituperant, sed mediā & regiam illam insistunt viam, ita ut rectè scripta effusè dilaudent. Minùs rectè posita obelo critico sale modestiæ temperato configant, proque candore suo authores prudenter admonent <sup>am</sup>  
*Sed etiam prius nō ratiōnē vñficiūt. Qui igitur hodie aliquid in publicum tribunt, triplici iudicio, vñfq; adeo diuerso, expositisunt.*  
Aut enim Catones illi censorii omnia fugillant: aut adulatores illi Terentiani omnia laudant plenis bucois: aut denique *prius* illi de schola Criticorum verè de illorum scriptis pronunciant. Nil igitur mirum, si docti viri nolentes volentes sua scripta publici iuris faciant. Volentes illos faciunt, tum publicum commodum, tum rectum quorundam iudicium, tum denique amicorum preces & monitus. Nolentes eosdem facit, cum momorum præiudicium, tum nimis amicorum palpum; quorū vtrumque exhorrescunt. Quæ si ita sunt, vt sunt, quid putas, Generose Domine, mihi nunc animi esse, qui emitto has

(?) 3 trigas,

E P I S T O L A

trigas, quas ita appellate libuit, canonicas? Num etiam intemperies istorum maleferiorum Criticorum sibi à me temperabit? Nullus puto. Experiore enim hactenus sat multorū sinistras voices, aculeatas illas & dentatas, quibus nonnulla mea puerilia, nonnulla arrogantiæ plena, nonnulla exsucca & exsanguia, clamare, proclamare, condemnare. Voces illas iam audio & præuideo etiam de his ceteris. Trigas, inquietant, voluisti scribere. At non valuisti. Tricas dedisti. Canonicas communicare voluisti. Cenonicas attulisti. Sed quid ad me haec tales ~~voces~~ <sup>rogationes et preghes</sup> ~~et~~ <sup>ad</sup> ~~deos~~ <sup>vo-</sup> ~~ces~~? Ego à vera culpa tantum abesse me scio, quantū captiores illos à vera laude. Improuidè fortasse alibi aliquid dictum emisi tui illi oculi reperiant: at nihil falso, nihil arroganter, nihil leviter. Emisi nunc nuper etiam, vel verius præmisi meditationum quarundam mearum Sylogen, tanquam ad incetta itinetum exploranda, ut cum Lijsio loquar; & si nulli aut pauci hostes fuissent, fidenter omnes meas copias

D E D I C A T O R I A.

pias producerem in hunc famæ campum. Sed laqueorum & insidiarum plus satis offendit. Quiescendum igitur mihi putau, & commorandum in fidis silentii castris. Hoc sancte puravi, sed amici quidam mei, nobiles illi & eruditii, iuxta mecum hoc non putarunt operæ pretium. Illi quædam laudare, ( testes sunt literæ ex dissitis oris ad nos delatae ) me hortari ad plura, quæ affecta & fermè perfecta sciebant penes me esse, edendum, me denique secundum, addo & certum reddere utilitatis publicæ, quæ inde ad alios reditura esset. Quid mihi, putas, hic animi? Pendebam animi, & ex amicorum nutu pendebam. Meum igitur propositum spernere, amicorum consilium & hortatus magni facete, utramque paginā excutere, Liphsianum denique illud, quod est cent. i. epistol.  
88. sedulus cogitare: *Vt eadem, inquit, Purpura homines delebat & ad gaudium provocat, tauros offendit & irritat ad pugnam; sic eadem veritas aut virtus intelligentes ca-*

(?) 4 pit,

E P I S T O L A

pit, ledit improbos & imperitos. Itaque scri-  
bere haec talia (quidquid incurvant) nibil tar-  
dor. Et ut Luna, quod lumen à Sole accepit,  
in sero huic mundo refundit: sic libens ego do-  
na, qua à magno illo Deo. Aurea sane ver-  
ba, & cedro inscribi digna. Mori igitur  
simus, si morosorum momorum dicta  
moremur. Inimici etiam simus & utili-  
tati publicæ & amicis nostris, si ea sup-  
primamus, quæ edi suadent & illa &  
isti. Eapropter ego pergam decurrere  
in illo stadio, quod semel cum Deo in-  
gressus. Ecce huius mei cursus ~~pergā...~~  
Ecce fructus! Hos vobiscum, lectors,  
nominatim tecum, Generose Domine,  
velim esse communes. Huius utriusque  
meæ communicationis & liberalitatis  
causas si utriusque requiritis, habete istas.  
Vos lectors quidem istas. Interest Rei-  
publicæ literatiæ, vt in hac rerum hu-  
manarum caligine certæ (Ciceronis est  
verbum) serperastræ inueniantur, ac-  
cendantur item publicitùs lampades,  
suppediteretur Cynosura, id est, via quæ-  
dam compendiaria, dueens per tem-  
plum Virtutis ad templum Honoris,  
mou-

D E D I C A T O R I A:

monstretur. Via ista & Cynosura, nisi ve-  
hementer fallor, triplex esse debet. Vna  
quidem memorie defectus corrigere;  
altera vero intellectus & iudiciorum infirmi-  
tatem, quantum quidem ferthuius vi-  
ta tenebrosa lux, tollere; tertia deni-  
que linguae vitium emendare debet. Hę  
enim sunt illae, quibus gloria vicitur,  
trigae: *Memoria promptudo & tenacitas,*  
*Intellectus iugiter & celeritas, lingua gratia*  
*& venustas.* Quamuis autem hic varii  
varia inuenientur, quae maximam ma-  
gno suo merito apud multos inueniunt  
laudem, merentur gratiam: nemo ta-  
men rectius fecisse videtur illis, quibus  
id cordi est, ut vias non solum rectas, sed  
etiam faciles praescribant. Faciles au-  
tem sunt illae, quae non solum alliciunt  
ingenia praeclara, sed distortas etiam  
naturas nolentes volentes pertrahunt  
ad incumbendum literis, & amandum  
ea, quae non tam ~~magis~~ quam ~~quam~~  
sunt studia. Sanè priisci illi nostri ante-  
cessores non ab re Scholam vocarunt  
Iudum. Noluerunt Scholam esse carni-  
ficinam, sed eam recreationi mentis

(?) 5 ser-

E P I S T O L A

seruire voluerunt. Hoc utrū adsequentur, figuris Mathematicis, typis elegantibus, signis memorialibus, aliisque sensualibus mediis & remediosis, &c., bonarum literarum vacuam, delectare aggressi sunt. Nescio enim quæ occulta sit Sympathetia inter figuras illas Mathematicas (in quibus excellunt triangulum, quadratum & circulus) & dissentium memoriā. Meo pede non metior aliorum ingenia: sed scribo edoctus experientiā vniuersali, ut meam particularem omitram. Descendat quilibet, qui quidem cerebrum in calcaneo non gestet, in seipsum. Excutiat veterū monumenta. Protinus huic meæ adassertioni adstipulabitur. Cum enim prisci illi Philosophi artes, quantitatis naturam explicantes, vocarunt Mathematicas? Sanè iuris, ut hinc illis sunt dictæ; quia omniū primo proponebantur in Scholis: ut quæ animum inscitiae ærugine exuerent, acuerentq; adalia, vegetis deniq; ingenii summam cognoscendi adferrent voluptatem: quod Scalig. ex. 307. f. 3. de Metaphysicā pronunciat. Hinc sci-

D E D I C A T O R I A.

scilicet factum, ut terminos Mathematicos hunc inde disciplinis aliis immiscerent. Aristoteles Mathematicos terminos & Mathematicas demonstraciones in Organo suo habet. Non ergo est, quod illius loca quædam arguantur & damnentur obscuritatis. Rat̄ionem sui temporis habuit vir magnus. Præterea fundamenta doctrinae Syllogisticae è Mathesi petenda sunt. Syllogismorum affirmantium fundamentum est: *Quæ vni tertio conueniunt, ea inter se conueniunt.* Syllogismorum negantium hoc est fundamentum: *Quæ vni tertio non conueniunt, ea inter se non conueniunt.* Ad hæc præcipua proportionum redundantia in locum logicum de con:paratione facta est. Huius loci & generis sunt ista axioma: *Si aequalia aequalibus addantur, residua erunt aequalia: & contra.* Ita, si aequalia subtrahantur ab aequalibus, residua erunt aequalia: & contra. Si in aequalium alterum fuerit tertio in aequale, & reliquum erit eidem in aequale. Si in aequalibus aequalia addantur, tota erunt in aequalia. Ab Arist. veniamus ad alios scriptores in quibus facile agmen & fami.

## E P I S T O L A

familiam dicit Raymundus Lullius: nobili genere natus, qui varia inge-  
nii sui reliquit monumenta immortali-  
tate dignissima, sc̄q; Chymica, Logica,  
Theologica, & miscellanea. In Logicis  
pleraque perfecit ministerio & admini-  
cule circulorum & triangulorum. Non  
igitur est, quod in eptitudo præcepto-  
rum illi obiicitur. Id fuit summo viro  
curæ, per Mathematicas figuræ ead-  
umbrare, quæ communi docendi dif-  
fundiç viâ vel agrè vel nunquam præ-  
stari possunt. Lullio addere placet lafo-  
nem Nores Italum, qui Rhetoricum  
artificium per tres rotas quād dexter-  
timè tradidit. Quid dicam de artis.  
Mæmonica scriptoribus? Illi vniuer-  
sam vim artis suæ collocant in quadra-  
tis, & pentagonis. Sicut enim triangu-  
lum & circulus faciunt ad *imperias* dif-  
 cursus: ita tetragonum & pentagonum  
ad *imperias* Reminiscenciarum. I nunc, quis-  
quis es tigre, & dic modum instituen-  
di per Mathematica Schema in-  
eptum esse. I& nostra præcepta de arte  
memorativa, de ratione discutendi,  
de que

## DEDICATORIA.

deque facultate oratoria , falsa , arti-  
ganter scripta , leuia digne & pueri-  
lia voca . Habetis , lectores , causas , quæ  
me impulerunt , ut hafce meas medita-  
tiones paterer manare in vulgus extra  
ptiuatos patietes . Tu nunc ad esdum ,  
Illustris & Generose Dn. Comes V L A-  
D I S L A E , & causas inscriptionis (scri-  
ptionis enim indicauit) cognosce . Com-  
modum semestre est , ex quo reliquo flo-  
rentissimo Poloniae regno in Scholam  
nostram illustrem illam Herborniam ,  
tanquam mercaturam bonarum , sacra-  
rum iuxta & humaniorum literarum ,  
venisti , appulisti . Ab eo tempore nihil  
facis reliquum eorum , quæ Te aliquan-  
do in amplissimo dignitatis gradu loca-  
re possunt . Verè possum asseuerare , te  
verè obseruare præceptum , quod soleo  
date iis , qui Canonem Apodemicum ,  
id est , rationem peregrinandi à me pe-  
tunt . Canon talis : Peregrinatio ad ferre de-  
bet , & utilitatem , & voluptatem . Visitas  
triplex . Prudentia , Scientia , Morum : quam  
nec securi omnes , nec adfecuti , qui secuti . Pru-  
densiam & indicium formant atque firmans  
varia

E P I S T O L A

varia gentium instituta, ritus, more quebo-  
minum forma quinetiam ciuitatum. Scien-  
tia est ab auribus, aut ab oculis; à dactore, aut  
libris. Doctores compellant libri rariores ad-  
notandi partim, partim comparantur sunt. In  
moribus autem duplex mihi preceptio: h[ab]e  
bonos rectosq[ue] ubiq[ue] advoce, & fugias malos  
& detestatos. Atque hic canon est veluti  
summarium eruditæ illius epistolæ quæ  
est apud Lips: cent. 1. epist. 22. Hunc cano-  
nem, Generosum pectus, etiam atq[ue] et-  
iam obseruas. Recta is ad recta: & ita is,  
vt neminem habeas in tuo choro, quem  
Tibi præferre, quam plurimos, quibus  
Te (absit inuidia dicto) præferre optimo  
iure possim. Quamvis autem tuum,  
Generose Comes, ingentium per se satis  
promtum erectumq[ue] sit: tamen vt e-  
quum in cursu plausus, sic optimam in-  
dolem laudes & adprobatio iuvant.  
Quanquam quid valde iis apud Tuam  
Generositatem opus? Patrem habes,  
Generose V L A D I S L A E,

*παντις δημητριος αρχοντος* —————  
ut ait Homerus de Ulyss: virum revera &  
vnu & doctrinâ inter Polonorū primos.  
Hunc

## DEDICATORIA.

Hunc audi , huius vestigia noctes dies  
inſiste, domesticum hoc exemplum ti-  
bi propone fed etiam atque etiam pro-  
pone.

A*n*teq*ue* eis a*p*ar*ad* i*o* q*u*i*d*o*r*o*s* t*ra* i*ng*e*o* ——————  
quæſo lucem quoque à te aliquam ad-  
fer ad illam lucem. Quæſo caue, ne quid  
labis aut maculæ trahas ex cœtu iuuen-  
tutis maculosæ. Fuge illos, fuge Gene-  
roſe Domine, qui liberiotis vitæ obten-  
tu ad licentiam trahunt: quæ vnaianua  
& aditus ad omne ſcelus. Magna non  
frustrà nobis de iſto tuo ingenio polli-  
cemur: tu vide ſolicite, ne illud deprau-  
ent praui. In flexu ipſo ætatis es: in  
quo ſi non laberis, ſperamus te inoffen-  
ſo deinde curſu pertingere poſſe ad  
metam. Quid verò facto opus ut ne la-  
baratis? Dicam, & verbo dicam. Tu ad-  
uerte, Generoſe V L A D I S L A E , ani-  
mum generolum. *Principio* Deum opti-  
mam Maximum ardenter & frequen-  
ter precare, ſeruet tibi mentem ſanam  
in corpore ſano: adaugeat tibi bona a-  
ni:ni:benedicat ſtudiiſ & laboribus tuis.  
Sub precibus etiam comprehendo gra-  
tiarum

E P I S T O L A

tiari actionē. Sicut enim bene orauisse est  
penè studuisse: ita gratias egisse est plius quam  
legisse. Nā gratiarū actio est ad plus dan-  
dū inuitatio, vt sunt verba *Nazianzeni*. Et  
qui non est gratus pro datis, non est di-  
gnus dandis. Gratitudinem ergo Deo  
te debere iuste creationis, quā homo es,  
iure redemptionis, quā Christianus es, iu-  
re vocationis singularis, quā alii præf-  
fe& prodesse natus es, certò statue. Gra-  
titudinis illius partem vnam exposui,  
videlicet precationem: altera est stu-  
dium sanctæ virtutæ, cuius haec est norma,  
iuxta doctrinam Pauli: Vivas ~~in~~ <sup>in</sup> cœli, pie,  
erga Deum; ~~de~~ <sup>de</sup> alios, iustè, erga proximum;  
vbi sunt superiores, quibus debes hono-  
rem & reuerentiam, & insuper filialem  
amorem atque timorem parentibus;  
pares, quibus debes amorem; & inferio-  
res, quibus debes comitatem: ~~in~~ <sup>in</sup> pœgno de-  
nique, temperanter, erga te ipsum. Atq;  
hic est primus gradus, per quem adscé-  
ditur ad templum Honoris & Famæ. Se-  
cundus est iugis meditatio atque ruminatio  
scopi, ad quem, Generose Domine, in  
curriculo studiorum tuorum collimare  
an

D E D I C A T O R I A.

an collineare debes. Propone igitur tibi scopum studiorum excellentem, fixum, & accommodatum circumstantiis. Excellent erit, qui T. G. exciter. Quod si ad primas peruenire non datur, iucundum tamen est subsistere in secundis, vel etiam tertiiis. Fixus erit & stabilis, qui Te defixum teneat in certo studii genere. Volatrica enim ingenia abripiuntur de sultoriâ leuitate; quâ sit, vt in omnibus sint aliquid, in toto nihil, vt aiebat ille. Accommodatus denique erit circumstantiis, persona putâ, loco & tempore. Personæ tuæ accommodatus erit, si talia molarris, quæ illustrem personam decent. *Loco*, si cogites, quod patriæ bono natus sis, quodq; illate emiserit, vt te recepto vtatur meliore. *Tempore*, si discas de aliis ratiis. Absque hoc scopo fuerit, omnis tuus labor inanis fuerit. *Tertius gradus* est cura studiorum, cuius duæ sunt partes, *Diligentia*, & *Ordo*. *Diligentia* est mater illa eruditionis, vt negligentia eiusdem nouerca. Absque hâc si est, nullus progressus in studiis expectari ab viro mortaliū potest. Itaque ingenium tuum valebit,

(?) (?) (cum)

## E P I S T O L A

(cum Comico loquor) vbi neruos intēdes tuos. Labor iste, & probus, & improbus, omnia vincet. Sed qui sit, quād hodie benē multi etiam ē noctibus dies faciant, & nihilo tamen doctiores euadāt? Id fit, quia diligentia animam, *Ordinem*, omittunt. Diligentia omnia seruirent: sed si ordo adsit. Tū pōsi⁹ invītā⁹ mīla pīpī⁹, mīlī ⁊ impētūs invītā⁹ mīla dīla. Iccircō sic statue, Generosa indoles, tempore & ordine nihil esse præstabilius. *Ordo ille duplex; rerum, quæ discuntur, & temporis,* quo discitur. *Rerumordo, hoc canone cōtinetur: Cognate disciplina & res simul discantur.* Temporis orao habet hunc canōnem: *Dies 24. horis constat. Tribuantur igitur 8. studiis, totidem somno, totidem recreatiōni corporis & relaxatiōni animi.* Singula insuper hora in quatuor quadrantes herciscātur: primo quadrante lege certam materiam ut intelligas: secundo relege, ut intellecta memoria mandes: tertio repece, & tacitè & clare: quarto exerce stilum in materia lectiā, intellectā, & memoria impressiā. Ad ordinem temporis etiam pertinent Typi horarii, & Calendaria studiorum. Talis est cura studio-

D E D I C A T O R I A.

studiorum : sequitur cura Peregrinationis, de quâ anteâ tradidi canonem; cuiad-  
de, si placet, hunc: *Meta peregrinationis*  
*est cognitio; cognitionis actio; actionis, Gloria*  
*eius, qui uniuersam hanc & umbratilem vi-  
taram voluit esse peregrinationem ad verè vi-  
talem illam vitam, & Patria, qua emittit li-  
beros, ut receptis utatur melioribus, emolu-  
menti.m. Quartus gradus, & vltimus ,qui  
ad templum illud, quod in medio positi-  
tum est, perducit, est proba munera, cui  
Deus te destinavit, functio, de quâ nil  
principere attinet. Teneatur regulâlia  
Paulina: *Militia bonam illam militiam, reti-  
nens FIDE M, & BONA M CONSCIE-  
NTIA M. Sed quò delabor? Ne vitio ver-  
te, Genero! Comes. Quin potius hanc  
*accusacionem* simul ac *irritationem* è corde meo de-  
nullam, in cor tuum immitte. Illam, ut  
habeas quod sequaris: hanc, ut habeas  
quo te ipsum excites. Solet enim persa-  
pe studiosos inuadere hostis acerrimus,  
pusillanimitas nempe, quâ sit, ut animos  
deipondeant, sibiq; persuadeant frustrâ  
esse omnem laborem. Quod si quando-  
quo ille ipse hostis arcem tuam oppu-**

(?) (?) & gnare

E P I S T O L A

gnare cupit, oppone aliorum de Tuâ Generositate honestum iudicium. Tale est hoc meū de Tuâ Generositatis præclaris: mā indole. Non percutio te palpo. Quod res est loquor. Imò ipsa res loquitur. Persuasum habeo, me ex quotidianâ nostrâ cōuersatione, addo & collatione, tuam indolem pernosce. Itaque publicum facere istius præconium volui, debui. Nam

*Laudat ag, virtus  
Crescit, & immensum gloria calcar habet.*

Volui etiam publicam extare monitionem. Quamuis enim stimulis Tua Generositas non egeat, præsertim meis: naturâ tamen ita comparatum est, ut horatus etiam excitent industrios. Rectè enim poëta:

*Acer, & ad palma per se cursurus honores,  
Si tamen horteris, fortius ibit equus.*

Habes causas, Generose Comes, huius inscriptionis & dedicationis. Eam sic interpretare, ut exposui. Buccinam scilicet, eamq; duplicem, ~~transversam~~, partim, partim ~~transversam~~. Geminus enim buccinarum & tubarum in bello hic est usus.

Quod

D E D I C A T O R I A.

Quod reliquum est, Deum precor, Te  
sospiter Patriæ & Inclito Patri, vt  
*Ita eos aquare fener, aut vincere posis*  
vnâ cum Nobilissimo, doctrinâ & varia-  
rum rerum vnu præcellentî viro, Du.  
ABRAHAMO VVRSOCIO GOR-  
N Y, Ephoto T. G. domino meo hono-  
rando. Scribebam è Musico Herb. Nas-  
sou. Kal. Mart. Anno 150. X. I.

*T. Illustri Generositati vehe-  
menter addictus*

IOHAN-HENRICVS  
Alstedius.

(?) (?) ; PRÆ.

P R A E F A T I O A D  
L E C T O R E M.

**S**i in hū paucis, lector, punctis suffragiū tui feram, excitabor ad audendū maiora. Tui, inquam, suffragii, qui inter bonos doctosque es, & cuius mentem luor aut imperitia non habet. Nam de talibus quid ad me? Scio & Momum, cūm Venerem ab Apelle pictam carpere non posset, sandalum eius obtrectasse: ita hīc tales tale aliquid, quod in facto-  
so hoc ex quo non sic ad hūius aut illius gu-  
stum. Evidem inter eos esse me fateor

quos nec  
Falsus bonus inuitat, aut mendax infamia terret:  
tamen si bonis & eruditis ista nō bona,  
desino, nec scopum me vlerā propono.  
Euripidem audio

A. et. q̄s ēr. r̄t̄. t̄p̄, ēr. ōr̄. d̄r̄. ēr̄.  
Simplex malum cum licet, non seram duplum.  
Fouet me autem spes non exigua, fore vt  
paucula hac placeant bonis. Et ut pla-  
ceant, sequentes monitus obseruent. Ti-  
tulus

tulus promittit trigas canonicas. Canonicas trigas hoc in loco voco triplicem manuductionem, ut etiulus promittit. Voco item trigas; quia pleraq; perficiuntur rotis. Ne igitur cogita illud de hoc libello, quod dicit poeta in libro rancido: Splendidi sepe rudem diuendunt nomina librum, Materia titulo splendidiores suā.

Potius illud cogita:

Res liber intus habet. —

Res autem, quas habet, nullus intellexeris, nisi ad manū habeas artem breuem vel magnam Lullii nostri. Oportet enim has nostras præceptiones conferre cum Lullianis. Oportet insuper in arte mnemonicā, quam sic vocamus, consulere varios authores; cum primis Ciceronem, Petrum Rosellum, & Simonidem rediūnum. Denique oportet rotas illas oratorias vel in chartā depingere, vel in materiā aliqua solidā sculpere. Ad rota fia siquidem & ocularis demonstratio plus valet.

valet in Mathematicis hisce figuris,  
quām prolixa commentatio. Si in qui-  
busdam videmur tibi subobscuri, cogites  
tuae industrie multa, vel etiā sublimio-  
ra, inuestiganda à nobis relicta esse. Du-  
plici igitur munere te à nobis affectum  
esse scito. Nam non solum nonnulla, ad  
solidam literaturam apprimè facientia  
tecum communicavimus: sed etiam an-  
sam plura & maiora excogitandi dedi-  
mus. Quod si hec qualia qualia proba-  
ueris, mihi magnū calcaraudendi ma-  
iora addideris. Sin, ego mihi sapiam, &  
tacebo, inque sinu tacito mecum gaudie-  
bo, adeoque obseruabo praeceptum Li-  
psii, qui benè in quadam epistola: Si sa-  
pis, inquit, tibi lape:

nec brachia dirige contrà

Torrentem.

Hec te scire volebam, milector, discendi  
cupide. Nā doctis ego indoctus hæc mea-  
hant scribo, quibus omnia aliena pueri-  
lia, propria autem virilia & mascula.

THE SAURUS  
ARTIS MEMO-  
RATIVÆ.

CAPUT I.

Definitio artis Mnemologi-  
cæ.

**M**NEMOLOGICA est *ars tradens sensus suos instrumenta adiscendi: eo artus Mnemologicus dicta est.*

NOTÆ.

*Mnemologica] Äquum est, ut verba ser-  
viant & cedantibus. Non igitur est, quod  
nos offendat novitas vocabuli, si modò  
novitas dicenda est. Si tamen Latinè appel-  
la artem memorativam seu memoriam.*

*Ars] Notum est discrimen inter scien-  
tiam, artem, sapientiam & prudentiam. *Discrimen  
Scientia est habitus theoreticus conclusio-*  
*nū demonstratarum per causas, at non  
primas. Ars est habitus *mimicæ*, *fictivus*, *Artes  
conclusionum. Sapientia est habitus theo-*  
*Aretus reticus* *Scientiam***

## 2 THESAURUS ARTIS

*G*  
Pruden-  
tiam.  
  
reticus conclusionum demonstratarum per  
causas, sed primas. *Prudentia* est habitus  
prædictus conclusionum. Mnemologica  
igitur est ars: quippe ejus finis est *mnen-*  
*non* *gewiss*, non *wässerig*.

*Disciplinae*  
organicae  
quaesint.  
  
*Instrumenta.*] Disciplinae sunt vel i. organicae, vel organicae. Organicae sunt (alii di-  
rectivæ) quæ tradunt instrumenta discen-  
dunt, Grammatica, Rhetorica, Dialectica,  
Oratoria, Poëtica, Mnemonica. Reliquæ  
omnes sunt inorganicae, sive objectivæ.

### C A P U T II.

#### Distributio artis Mnemo- logicæ.

*Trajectio-*  
*aria artis*  
*mnemonica.* **A**rs Mnemologica est vel Logica, vel Medica,  
vel Rhetorica, sive Topica.

#### N O T A E.

*Logica obje-*  
*tuum du-*  
*plex, intelli-*  
*ctus & me-*  
*moria.*  
*Ars mne-*  
*monica est*  
*Logica.* **L**ogica] Logica objectum (informatio-  
nis scilicet) est duplex, primarium, putain-  
tellectus, & secundarium, videlicet me-  
moria. Nam instrumenta Logica ita sunt  
comparata, ut *memoria* dirigant intellectum  
nostrum in rerum cognitione, & *memoriæ* me-  
moriæ intellectum juvent lumine me-  
thodi, quæ dicitur esse memoriaræ mater.  
Hinc igitur ars Mnemonica Logica dici-  
tur,

MEMORATIVA.

tur, quæ præcipit de ordine, quatenus ille  
juvat memoriā & reminiscētiā.

*Medica.*] Sicuti Medici per Dei gratiā ple-  
raq; membrorum symptomata & morbos  
tollunt: ita & cerebri. Itaq; ars Mnemonica  
Medica dicitur, quæ obviā ire docet obli-  
vioni, partim purgando ventriculos cere-  
bri, partim spiritus animales confortando.

*Rhetorica.*] Vulgo solent de arte memo-  
riali præcipere in Rhetorica; unde & me-  
moriam constituant hujus artis partem,

qua scilicet orator maximè indiget me-  
morie subsidiis. Atque hancob causam vo-  
catur ars Mnemologica Rhetorica. Hic o-  
ccurrit nobis à quibusdam, non esse pecu-  
liarem memoriae artem constituendam; de  
ordine in Logicis, de medicamentis in facul-  
tate medica, de locis & imaginib; in Rhe-  
torica docēdum esse. His sic responsum vo-  
lo. Est aliquid memoriae arte suader cùm *Efficaciam*  
ratio, tūm authoritas. Ratio quidem talis: si *memoriae*  
datur: ars correctrix & directrix intellectus,  
pari ratione danda erit ars correctrix & di-  
rectrix memoriae. Atqui datur ars corrige-  
gens intellectum, nempe Logica. Ergo  
& danda est ars partim corrigen, par-  
tim dirigens memoriam. Consequētia  
majoris ira patet. Artes inventae sunt ad  
defectus hominis tollendos, ut scilicet  
remedium habat morbis & animi & cor-

II.

III.  
*Rhetorica.*

A 2 portis

## 4 THE SAUUS ARTIS

poris. Quum igitur non solum lumen intellectus nostri post & per lapsum primorum parentum sit valde obscuratum, ne dicam sublatum, sed etiam vigor memorativae facultatis nimium quantum sit attenuatus, necesse est, ut & intellectus, & memoria defecetus (de voluntate jam non agam) tollantur per artes peculiates. Intellectum autem alias disciplinas aliter juvant.

Logica quidem principaliter, alias autem, theoreticæ scilicet, minus principaliter.

Relinquitur igitur, ut memoriam nostram

*Effe artem memoria ab aliis disciplinam probatur.*

peculiaris quedam ars juvet. Ea autem memoria ars, vel referri potest ad aliam aliquam, vel peculiare constituit systema. Non illud. Ergo hoc. Propositione sua lucetur radiat. Assumptio ita pabolatur. Si ratio juvandi memoriam referenda est ad aliquam disciplinam, referenda est vel ad Logicam, vel ad Medicinam, vel ad Rhetoricam. Sed ad nullam harum potest; id quod suadeo per partes. Non ad Logicam: quia illa pro adequare subiecto habet intellectum. Memoria enim est ejus objectum secundarium. Si ergo memoria est Logicæ objectum secundarium, utique in alia aliqua arte debet esse objectum primarium, ut patet à decreto Philosophicis. Non ad Medicinam: quia Medicus curat tantum memoriam sensitivam, non autem in latitudine, quatenus

est

est sensitiva & intellectiva. Quid? Medicus in genere præcipit de cerebro, ejus morbis & cura. Mnemonicus vero in specie docet, qui studiosus beat curam generis ventriculi, cordis & cerebri. Medicus item curat, ut finem suum, qui est sanitas, assequatur; Mnemologicus curat, ut finem suum, qui est ediscere, assequatur. Non denique ad Rhetoricam: quia Rhetoris, quā Rhetor est, est bene dicere, non autem ediscendi rationem prescribere. Ex his efficitur esse peculiarem memoriam artem. Rationi huic addatur autoritas, eaque unus Keckermannii, qui in Gymnasio Logico, rem que Rhetorica & tabulis de modo discendi hanc nostram sententiam probat. Mitto aliorum virorum omni exceptione majorum testimonia.

## C A P U T III.

## De arte Memoriae Topicâ.

**A**rs Mnemologica topicâ est, qua tradit instrumenta externâ aliquid ediscendi.

## N O T A E.

*Topicâ]* Hic terminus est satis usitatus in Schola Memoristarum, quos vocant. Sic *Arts Mnemonica* autem *Topicâ*

## 6 THESAURUS ARTIS

autem dicitur à parte principali , nempe locis, quos explicat. Aliás dicitur Rhetorica: Latinè localis.

**Optima me-  
moriae arti.** Externa ] Qui vult aliquid memorie mā-  
dare, debet habere rationem subiecti recipi-  
entis, & objecti, circa quod, sive mate-  
riæ in qua, & circa quam. Subiectum reci-  
piens est ipsa memoria affixa organo, puta  
cerebro. Cerebrum curatur medicamentis  
ritè administratis. Objectum memoriae est  
omne id, quod ediscendum est. Hoc con-  
sideratur, quatenus est ordinatum. Con-  
fusio enim memoriae est noverca. Ordo iste  
duplex est, internus, & externus. Internus  
est, qui dependet à præceptis Logicis, & est  
terquin homogenearum. Nam Mnemonica  
folet instrumenta Logica applicare ad suū  
institutum, non tantum Methodum, sed  
iplos etiam invētationis locos, axiomaticam  
& syllogisticam doctrinam. Ordo externus  
est, qui dependet à locis & imaginibus; est  
que rerum homogenearum. Hujus ordi-  
nationem paucis describere aggredior,  
nū moratus recentiorum quorundam mo-  
toſitatem, qui hujus artis utilissima præce-  
pta exhibant. His hoc responsum volo cō-  
paratum. Ea ars, quæ profuit Ciceroni,  
aliique summis viris, nobis non debet for-  
dere. Atquiars Mnemologica localis pro-  
fuit Ciceroni: teste ipso Cicerone in libris

**Ordo du-  
plex.  
I Internus,  
ex est veri  
homogenea-  
rum.**

11. Exter-  
na, que  
runt he-  
re-  
ogearum  
nitionem paucis describere aggredior,  
nū moratus recentiorum quorundam mo-  
toſitatem, qui hujus artis utilissima præce-  
pta exhibant. His hoc responsum volo cō-  
paratum. Ea ars, quæ profuit Ciceroni,  
aliique summis viris, nobis non debet for-  
dere. Atquiars Mnemologica localis pro-  
fuit Ciceroni: teste ipso Cicerone in libris

ad

ad Herennium profuit etiam aliis, quorum  
catalogum hec recensere operosum foret.  
Hic tamen probè notetur, quod hæc artis <sup>Quibus pro-</sup>  
prosunt, non omnibus, sed quibusdam: iis <sup>sic arstopi-</sup>  
scilicet, qui 1. ejus amore & admiratione <sup>capit</sup>  
ducunt, 2. nacti insuper fidum doctorem, 3.  
pollent vegeta phantasiā. Insuper & hoc  
notandum, quod hujus artis usus non de- <sup>Quomodo</sup>  
beat esse in quotidianis exercitiis, sed 1. in <sup>uticere vias</sup>  
casu necessitatis, 2. in vocabulis variis com- <sup>arte topicar</sup>  
memorandis, 3. in historiis ediscendis, 4.  
in sensu aliquot periodorum memoriaz  
mandando.

## C A P U T IV.

Distributio artis Mnemolo-  
gicæ Topicæ.

A Ria Mnemologica duæ sunt partes; prima Divisio ar-  
tis de instrumentorum Mnemonicorum sa- <sup>riæ topicæ.</sup>  
bricâ sive archicâ: secunda de eorundem usu  
et que applicatione.

## N O T A.

In quolibet instrumento duo ista sedu- <sup>Duo notan-</sup>  
lō sunt consideranda, fabrica & usus. Iccir- <sup>da in quoli-</sup>  
co quum ars Topicæ sit organica, rectissi- <sup>bet instru-</sup>  
mè in duas istas parteis dividitur. <sup>mento.</sup>

A . 4 C A P U T

## C A R T V.

## De subiectorum sive locorum divisione.

**P**rima artis Topica pars est de instrumentorum

*Mnemonicorum fabrica,*  
*Instrumenta & Mnemonica duo sunt, subiecta &*

*conceptus, sive loca & imagines.*

*Subiecta sunt receptacula conceptuum.*

*Subiectorum considerantur species & proprietates,*

*Species sunt, secundum quas subiecta dividuntur. 1. in naturalia & artificialia. 2. in plana &*

*curva. 3. in universalia & particularia.*

*Naturalia sunt vel caelestia, vel sublunaria.*

*Caelestia, ut firmamentum & stelle. His locis veteres sunt usi. Nam Zodiacus subdividatur 12. signa & 360. gradus; reliquæ vero stellæ dividuntur in 48. asterismos.*

*Loca sublunaria sunt, vel mobilia, vel immobilia.*

*Mobilia sunt animalia, manus & corpus hominum.*

*Artificialia sunt domus, templum, cubicula, &c.*

*Loca plana sunt cubica corpora: curva sunt vel circularia, v. l semicircularia.*

*Loca universalia sunt amphiteatra, palatia, monasteria.*

*monasteria: particularia sunt, quando dicta am-* Universalia  
*pla universalia per iannas, fenestras, angulos, &* *vel particu-*  
*liag locorum differentias, quas capiunt distin-*  
*guuntur.*

## N O T A.

Loca & subiecta nobis sunt synonyma  
 in hac tractatione. Quod autem ista loca *Loci circu-*  
*sint valde necessaria, satis superque probat* *stantia op-*  
*experientia. Etenim nullius fermè rei me-* *primè prout*  
*minisse possumus sine loci circumstantiâ,* *memoriam*  
*Hinc ait Philosophus, loci circumstantiam*  
*maximum affere momeptum ad remini-*  
*scientia dñe jas*

## C A P U T VI.

## De locorum proprietatibus.

**D**icta sunt locorum species: sequuntur eorum- Proprieta-  
 tem proprietates five conditiones; de qui- tes locorum.  
 bus hi sunt canones.

I. Inter subiecta naturalia excellit corpus hu- Corpus hu-  
 manum, in cuius partibus multa quasi scribi pos- manum ex-  
 sunt. Et enim sunt notissimæ, & sensibus cellit inter- loca natu-  
 semper obviae arque expolite. ralia.

II. Manibus homini tantum uti pro subiecta Memoria  
 non licet tyroni. localis in  
 Ratio canonis: quia loca in manibus manibus non prodessunt  
 A s sunt tyroni.

sunt nimis vicina, unde facilimè oritur confusio.

*Loca cubica* III. Inter loca artificiaia prestant cubica, id excellunt in est, quadrata in parietibus mente notata.

*artificialibus.* IV. In animalibus notari possunt caput, col-

lum, petum, dorsum, pedes, cauda.

*Animalia* V. Si velis manibus uti, in iis effinge varia qui divi- quadrata, & singulis quadratis inscribe quater-  
dendat nos homines tibi notos.

VI. In homine non tantum partes corporis, sed & vestimenta notare licet

VII. Manum faciebus, & corpore humano utimur ad res quasvis.

*Arbores qui possint esse loca* VIII. Arboribus utimur in addiscendis ta-

bulis & membris divisionum atq; subdivisionum.

Arbores autem dispescendae sunt in radice, truncum, ramos, folia, flores, fructus, Hoc eodem modo artes delineari, & lexi-

ca edesci possunt.

X. Subjecta sunt substantia corporea.

*Loca sine singularia.* XI. Subjecta sunt singularia & individua.

Ratio canonis: quia subiectum hac in arte nullius est usus, cuius partes sensibus non parent. Hoc autem uon potest fieri in universalibus.

*Loca imaginaria non nisi si exercitatu proficiunt.* XII. Loca revera alicubi extent. Itaque loca imaginaria sunt vitanda, iis praesertim, qui adhuc sunt tyrones.

*Loca oportet eligere loca.* XIII. Multa oportet eligere loca. Nam paucimulta, ea loca conceptuum paucitatem habent comi-

comitem. Itaque quod pluribus quis abun-  
daverit locis, eò poterit plura memorie  
committere.

XIII. *Loca infra mediocritatem sint lucidae. Lux locorum*  
Etenim mens generosa, ut dici vulgo solet, *mediocria-*  
*amata loca tenebrosa.* Itaque ne felicatur  
locus, ubi multæ sunt fenestrae.

XIV. *Loca sint notissima, visu sapè lustrata.* *Loca sine*  
*sapè frequentata.* Nam raro visa non satis al-  
te memorie imprimuntur. *Contra sentit*  
Petrus Ravennas, qui cognominatus est *Rufinus*  
magister de memoriam. Ille scribit, domum *Ravennas*,  
vel templum non sapientius frequentandum,  
sed mente recolendum.

XV. *Loca sint sibi invicem dissimilia.* Et *Dissimilitud-*  
enim similitudo locorum superá quam cre-  
des memoriam confundit. *Locorum*  
*necessaria.*

XVI. *Loca, que singimus, erunt juste ma-*  
*gnitudinis: non nimis ampla, nec angusta nimis.* *Locorum ma-*  
gnitudo.  
Evitentur igitur loca cylindrica, quæ sunt  
omnium amplissima. Amplitudo autem  
ordinis considerationem vix ac ne vix qui-  
dem admittit.

XVII. *Loca sint distincta.* Distinguantur  
autem primò in parietes vel latera *cubicu-*  
*li* quatuor. Nam pavimentum inferius &  
superius sive verticale minimè idoneum  
judico. Deinde latera seu parietes iterum  
distinguantur vel per hexagona vel penta-  
gona, vel, quod malo, quadrata. Ponan-  
tur

tur igitur 4. quadrata in 4. angulis, & quintum in medio. Alii ponunt novem quadrata, vel etiam hexagona perpendiculariter; alii 25. & ultra. Nam loca possunt multiplicari pro libitu. Ponenda autem est post lingula latera manus aurea, rosa, crux, vela. Iuudicandum aliquid.

*Repetitio le-* XVIII. *Quicunque aliquid hoc artificio*  
*corum est praefare velit, se diligenter exerceat in memoria*  
*& alde necessaria locorum, quae ita mente complecti debet, ut nihil*  
*desideretur.*

*Sententia* XIX. Nobis, salvo meliore judicio,  
*authoris* hæc via videtur omnium turissima juxta &  
 facilissima. Seligantur varia munera, vel etiam cu-  
 bicula (templa & amphiteatrali) in quibus  
 hic ordo obseretur. Candidatus hujus artis ingre-  
 diatur subinde ista conclavia, & in janua subsi-  
 stat, incipiaturque loca constitutere ad sinistram per-  
 currendo 4. parietes, donec redeat ad januam,  
 missus pavimentu. In singulis parietibus constituantur  
 quina quadrata a principalia: quibus singula inscri-  
 bet mentes sua itidem

quina

MEMORATIUM.      15  
quina quadrata, sed minora. e. g.

b		c
7      8 II. 10 6      9	22      23 V. 25 21      24	12      13 III. 15 11      14

2      3 I. 5 1      4		17      18 IV. 20 16      19
---------------------------------	--	---------------------------------------

a      Hic paries notatus est literis a b c d: quinque quadrata principalia notata sunt numeris I. II. III. IV. V. quinque quadrata minora notata sunt ciphris 1. 2. 3. 4. 5. &c. Utilitas è tali locorum dispositio- Utilitas  
nemad nos summatim redeunt iste. I. Quod  
libet conclave continet subiecta sive lo-  
ca numero centum. II. Ordo & repetitio  
locorum sic facilimè observari potest. ita  
ut recenseri possint omnia ordine recto,  
interme-

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25

d

intermedio seu intercalati & retrogradō  
Nam quintus quāque locū est in medio,  
III. Hujus ordinis summa est facilitas, ita  
ut vel semel ad oculum demonstratus  
hæreat.

## C A P U T VII.

## De conceptibus, seu imaginib⁹ in genere.

*Conceptus  
sive imagi-  
ne quid  
sint*

**E**xpliſandum eſt priuimum inſtrumentum Mnemonicum, videlicet ſubiecta: ſequitur ſecundum, nempe imagines, quae reſtiffmè vocantur conceptus.

*Divifo con-  
ceptuum.*

Conceptus ſunt perſona & res, quae ſubiectis adflare ſinguntur.

Erunt conſideratur diviſio, & combinatio.  
Diviſio: ſunt duplices, inſiti, & adventitiæ.

## N O T A.

Non ſufficit, ut ē Cicerone didicimus, ſcriptori charta, ſed chartæ ſteres eidem ſunt effingendi: ita & artifici Mnemonico neceſſaria ſunt loca, quæ ſunt in ſtar chartæ, iten. que imagines, quæ ſunt veluti literæ.

## C A P U T

## C A P U T VIII.

De speciebus conceptuum  
insitorum.

*Conceputus insiti partibus quibusvis, vel quia . Conceptus  
dratis, sunt, qui iis semper inesse seu adstare insit que  
intelletu finguntur.*

Hi conceptus omnibus rebus ediscen-  
dis sunt communes. Alias dicuntur *imagi-  
nes immobiles, fixes & stataria, quas intellectus  
fingit partibus quadraginta semper adstare.*

*Horum conceptum considerantur cum species,  
tum conditiones.*

*Species conceptuum insitorum ita recensentur. Conceptus*

*1. Sunt imagines hominum, qui nobis sunt no-  
ti & familiares. Et quidem hujusmodi por-  
sonas eligit & omnibus aliis imaginibus noti,  
per velim præferri. Etenim quicquid est in  
hac rerum universitate, aut est res, aut per-  
sona, aut actio. Memoriam vero rerum  
melius habere non possumus, quam si pec-  
sonas actionibus convenientibus orne-  
mus.*

*2. Sunt imagines artificum; quos accipies & Artifices  
vel solos, vel cum adjuncto adhaerente,*

*1. Organoproprio, ut scriniatum cum  
dolabra.*

2. Sub-

2. Subiecto pariente, seu materia ex qua, ut scriniarium cum ligno.

3. Ipso opere, quod faciunt, ut scrinarium cum mensu.

4. Insigni proprio cuique artifici, ut fabrum ferrarium cum ærugine.

5. Assidente animali convenienti; quod animal conveniat cum artifice similitudine opificii, vel usu, vel consuetudine, ut pastor cum ovibus, faber cum corvo.

*3. Terminis artium.* *III. Sunt imagines vocabulorum sive terminorum in quacunque disciplina atque facultate, verbi gratia, è Theologia sumantur loci communes ordine, & cujusque loci tituli & subtituli. Nam unusquisque loco insitum conceptuum uti potest istis definitis seu terminis, quos habet in sua facultate. Et sane hoc optimum est, adeo quidem, ut uno eodem que labore multa addiscantur. Nam primò terminos artium & quælibet vocabula ~~re~~gularia discimus. Deinde illis terminis bene cognitis alios quoque cognoscimus. Planiūs: hac ratione primò edicuntur res facultatis, atque rursum illis ordine cognitis, uti possumus ad memoriam multarum rerum.*

*4. Oratio-nes, Eclogae Psalmorum & admodum notorum. Semper-  
Ebenenore. num ignota è notis dicenda sunt. Iccirco  
carmen, & in genere omnis oratio tam  
prosa*

prosa quam vorsa dispescatur in certas lin-  
neas, duas tréve præcipuas voces, quibus  
res aut actiones denotentur, cum istæ lineæ  
& voces, capitales, quas vocant, ponantur  
in quadratis loco initorum conceptuum.

V. Sunt imagines alphabetaria. Fiat igitur <sup>5. Res dispo-</sup>  
alphabetum, in quo conceptus insiti di- <sup>sit a justali.</sup>  
singuantur secundum singulas alphabetti <sup>6. tem alpha-</sup>  
literas, ita quidem ut ad singulas literas <sup>7. beti.</sup>

colligantur quina vocabula juxta nume-  
rum vocalium. Observetur autem ut in pri-  
ma voce A, in secunda E, &c. vel majusculo  
charactere, vel diverso colore exprimatur,  
ut: Area, apEr, apIs, adstO, astrolabiUm.  
Baculus, Betonica, Bilanx, Bolus, Buko.

V I. Sunt imagines hominum juxta seriem al- <sup>6. Personæ</sup>  
phabeti, ut Alexander, Benedictus, &c. <sup>juxta, e-</sup>  
seriem alphabetti.

V II. Sunt imagines quadrupedum, itidem, <sup>7. Quadru-</sup>  
secundum seriem alphabetti, ut Aries, Bos, Ca- <sup>pedum.</sup>  
melus, Dama, &c. ita deinceps usque ad Z. <sup>8. Imagines al-</sup>  
seriem alphabetti.

V III. Sunt imagines avium juxta ordinem obabettica-  
alphabetti, ut Anser, Buko, Carduelis.

I X. Sunt imagines inanimatorum quorum- <sup>8. Aves ju-</sup>  
liber, lapidum, meteororum, civitatum, juxta se- <sup>xta alpha-</sup>  
riem alphabetti.

X. Sunt imagines actionum corporearum, tum inani- <sup>9. Alphabe-</sup>  
qua in qua via specie motu oriuntur, sive erit gene- <sup>matorum.</sup>  
ratio, sive corruptio, sive alteratio, sive diminutio <sup>10. Imagin-</sup>  
& accretio, sive motus localis. Unusquisque au- <sup>nes actio-</sup>  
tem illas actiones sumet, quas suæ facultati <sup>num corpo-</sup>  
rrearum.

B magis

magis convenientes judicabit. Hocenim  
est caput rei in hoc studio, arte in memo-  
nicam suæ facultati applicare.

## N O T A.

Si conceptus insiti sumantur juxta pre-  
scriptum nostrum, candidatus hujus facul-  
tatis mnemonicæ efficiet, ut universam  
encyclopediam ita locet, itemque per hos  
tales conceptus obvia quæq; edificat. Verbi  
gratia, terminos artis Rhetoricæ locabit  
Parisiis, Logicæ Veneitilis, & sic deinceps;  
& beneficio horum terminorum ceu con-  
ceptuum insitorum ediscet alia ignota,  
Quod si non vult terminos locare juxta se-  
riem alphabeti, observet cohærentiam na-  
turalem.

## C A P. IX.

De conditionibus, seu pro-  
prietatibus insitorum conce-  
ptuum.

*Conceptu*ii*  
insitorum  
proprietat-*  
*ies.*

*2. Animatio  
conceptuum  
est clavis ar-*  
*ea;*

*Conside*ratio*ni  
rundem  
conditiones,  
de quibus hi sunt Canones.*

*I. Conceptus insiti animari, id est, imagines  
rerum animatarum, prastant inanimatu*pro*-  
pter*

*pter motum.* Motus enim moveat sensum,  
sensus intellectum.

II. *Sunt notissimi, ut menti flatim se se offere.* *Conceptus insitifim notissimi.* Itaque accuratissimè memorie mandentur, ut etiam quis absens possit eos ordine recto, intermedio & inverso recitat, & unumquemque secundum numerum ut sciat quotus sit ordine vel numero, et iam superioribus non enumeratis. Id verò facile fieri, si aliquod symbolum, puta filum sericū, penna, stigma, nota, indicium pictura vel etiam aliquid reale eo loci positum in singulis superficiebus, hoc est, qualibet anguli quadrati parte pingatur & adjungatur phantasie beneficio.

III. *Sunt pathetici. παθητικοί enim visum* *sunt pathetici.* & affectum cum primis movent. Itaque imagines moveant, vel misericordiam, vel hilaritatem, vel admirationem, vel amorem, ita tamen ne quid singatur contra bonos mores.

IV. *Quidam conceptus per se sunt satis pathetici; alii vero tales redduntur, vel additione, vel transfiguratione, vel alteratione, vel combinacione nepathetica.*

V. *Imagines sunt corporeæ.* Nam etiam incorporeæ figurantur per corporeas; ut Angelus figuratur per puerum alatum. Hinc autem opus est magna cautione, ut ne impingatur in rudimenta religionis.

VI. *Imagines sunt singulorum hominum, seu individua in hac arte indiviso dominatur.*

*individuorum.* Rectè ait politicus: quidquid id est, est vel res, vel persona, vel actio. Tria ista debent concurrere in imaginib. Mnemonis. Personæ sunt fundamentales imagines & principales, in quibus notabis multa alia singularia, puta mores, opificium, figuram & partes corporis, bona animi, & similia. Personis enim addenda sunt res, affingenda actiones.

**VII.** Sunt justæ magnitudinæ, id est, non sunt minores vel maiores anguli quadratorum. Majoritas autem & minoritas insitorum conceptuum, ut & adventitiorum, corrigitur, vel dilatatione live extensione, vel multiplicatione, vel immunitatione. Sic pro apersum examen, produce exercitum, passare finge colur bæ æqualem magnitudinem. Ratio canonis est, quia minimæ quæcumque sensum fugiunt, ita non facile memorie inherent, & ad alia retinenda sunt minus idonea. Quæ vero majora sunt, alia vicina tegunt & obscurant, ut si arborem magnam parvo angulo includerem. Verum enim verò vegeta phantasia hec omnia corriget.

**VIII.** Tot sunt insiti conceptus, quot sunt quadratorum anguli, ita ut habitetur ratio centri. Ita quodlibet quadratum continabit quinque loca.

*Varietas conceptuum est necessaria.*

**IX.** Singulis locis aliquid peculiare tradendum. Nam varietas afficit sensum.

**X. Ceterum.**

X. Certo ordine & modo collocentur in uno Ordo ead<sup>e</sup>  
quadrato. Si utrvis quinque hominibus, p<sup>c</sup>. <sup>ceptuum in</sup>  
te eos ex eadem familia, vel ex ordine se- <sup>singulis</sup>  
natorum, professorum, vel bigratia, in pri-  
mo quadrati angulo ponas patrem fami-  
lias, in secundo, matrem, in tertio filium, in  
quarto filiam, in quinto servum. Si placet,  
oblivia ordinem dignitatis, & pone Pa-  
pam, Imperatorem, &c. Artifices varios si  
locare cupis, hanc initile viam. In medio  
ponatur arcifex, verbigratia, faber. In an-  
gulo dextro ejus instrumentum, ut mal-  
leus. In superiori angulo ejus materia, ut  
ferrum. In sinistro opus confectionum, puta  
clavus. In inferiori proximo insigne, ut æ-  
tugo.

X I. Idem numero conceptus non ponatur in Identitas  
diversis quadratorum angulis. Ratio præcepti <sup>numerica</sup>  
est: quia hac ratione dubium foret, qualis <sup>conceptum</sup> <sup>concepit</sup>  
adventitius conceptus vel illi esset addi-  
tus. Sed idem specie conceptus potest re- <sup>Identitas</sup>  
peti, ut alius atque alius pater, alia atque a- <sup>specifica in</sup>  
lia uxor. Nam differunt haec imagines rea- <sup>conceptibus</sup>  
liter iterumque vel aetate, vel alio quodam <sup>locu</sup> <sup>habet</sup>  
accidente. Verum unus & idem numero  
vir bis positus a se ipso realiter differre ne-  
quit.

X II. Insti conceptus sunt vel imaginarii, vel Conceptus  
reales. Imaginarii, ut quando viphantaliz in <sup>insti sunt</sup>  
parte collocamus Turcam vel columbam. <sup>imaginarii</sup>

*Realis, ut quando accipimus picturas, cælaturas, tabulas, aliaque hujus notæ, vel à nobis, vel ab aliis efformata.*

## CAPUT X.

## De conceptibus adventitiis.

*Conceptus  
institi quin-  
nam sint.*

**S**ic de conceptibus institi: sequuntur adventitiis, qui sunt rerum memorandarum species; species, inquam, intelligibiles, idola, & imagines. Hujusmodi enim imagines, per institos conceptus mihi notos, quibus cum composite sunt, animo observates, rem memorandam in mentem revocant. v.g. quoniam rem aliquam de heo memoria committere, sanguinem & similitudinem rei retinendam, quam jungo conceptui instito jam ante mihi noto. Hoc viso, vel revocato facile recordor illam imaginem à te retinenda desumtam, ut si Caligula Imperatoris recordari volo, imaginor mihi, quod institus conceptus teneat caligas vel ligulam. Canones de adventitiis conceptibus sunt hi:

*Conceptum  
institorum  
proprietati-*

I. *Conceptus adventitiis sicut ordine, secundum ordinem institorum, incipiendo à primo angulo primi quadrati, & pergendo ad ultimum usque.*

II. *Quæ convenienter inter se se, vel naturali ordine, ut duas Dialecticæ partes, vel alio quo-*

rum

*per responsum, prout finis seu officii, ut Professores, vel situs, modo combinationis differre debet.*  
v.g. Si vellem ordinem Cæsarum pro adventitiis conceptibus adhibere, qui respondeant finis sive officii convenienter, necesse habeo diversimodè eos componere cum insitibus conceptibus. Sic pari modo, si habeam pro insitibus conceptibus homines similares, illi componendi sunt cum adventitiis dissimili modo.

III. *Compositio conceptuum convenientia conve-* *nientia, vel natura, vel consuetudinis, verbi gra-*  
*tia, ignis, ceu insitus conceptus, & lignum, consuetu-*  
*ceu adventitius, convenientia compositio-* *naturale, nimirum ustione. Faberautem*  
*& ferrum convenientia consuetudine. Vi-*  
*tiosâ autem est compositio mallei cum li-*  
*bro. Ratio præcepti, quia alioqui fieri ne-*  
*quit ut adventitius conceptus sistat me-*  
*moria rem memorandam, si cum alijs di-*  
*versis magis, quam re addiscenda & insito*  
*conceptu convenientia.*

IV. *Adventitiis conceptus sunt genuini, vel mu-* *tuati. Genuini quin rei existentis ponitur conce-*  
*ptus, puta ignis vel aqua: ignis cum ligno, corpus* *Genuini*  
*cum anima.*

*Mutuati, quin rerum solidarum & abstra-* *mutuati.*  
*Et harum & spiritualium singuntur conceptus.*  
*Tales conceptus mutuati sunt in priva-*  
*tionibus, non entibus, terminis meta-*  
B 4      physicis .

24    THESAURUS ARTIS  
physicis, &c. addiscendis. Ut Angelicon-  
ceptus est mutuatus.

V. Fabularum conceptus adventitios mutua-  
tur à pictura.

VI. Spirituum conceptus adventitios mutua-  
tur à similitudine vel officio.

VII. Genera mutuantur conceptus adventi-  
tios à speciebus; ut arbor à pyro.

VIII. Verba ignota mutuantur suos con-  
ceptus vel ab harmonia, ut nomen Græcum à La-  
tino pater; vel à convenientia terminatio-  
nis, ut leo; vel ab obiectione, adjectione, transpositio-  
ne, & similibus figuris Grammaticis.

IX. Sit qualitas conceptuum adventitio-  
rum cum insitu.

*Numerus  
conceptuum  
adventitio-  
rum.* X. Tot sunt adventitii, quos sunt insiti. Mi-  
nor sane numerus adventitiorum conce-  
ptuum esse nequit, licet major esse pos-  
sit. Nam plures esse possunt adventitii,  
quam insiti, cùm ob inopiam horum, tum  
quòd plures adventitii cum uno insito  
componuntur.

XI. Conceptus insitu convenire cum adventi-  
tio, vel nomine, vel re. Nominis, ut lignis, ignis:  
te, ut ensis, gladius.

XII. Conceptus adventitii tam diu animo  
revolvantur, & memoria retineantur, quamq[ue]  
artis administratio opus est. Nam quamprimum  
memoriae insixi sunt, artis auxilio postmo-  
dum h[ab]ent, etiam operationibus artis de-  
letis

letis. Ethoest non exiguum emolumen-  
tum, quod ex hac arte ad nos redundat,  
quod memoriam naturalem foget.

XIII. Probè consideretur uter conceptuum  
figagens vel patiens, hoc est, quinam aptior  
firadagendum vel patientium. Verbi gra-  
tia, si insitus conceptus est persona, tribua-  
ture ei actio, adventitio vero passio. Sic pat-  
est hominem instrumento uti, cetera au-  
tem inanimata ab instrumento pati, immo  
instrumentum repati, ut ita loquar.

## CAPUT XI.

De combinatione conce-  
ptuum duplici.

**T**radita est divisio conceptuum, in insitos & Conceptu  
assimilatos seu adventitios : restat eorundem combinatio.  
combinatio; Combinatio conceptuum est, qua ad Combina-  
mentum cum insitu uniuersit & componuntur. *ius est*

Eius consideratur divisio, & modus.

Divisio ita habet : Combinatio, alias compo-  
nitio, duplex est, *vera*, vel *ficta*. *Vera*, seu natura-  
lis est inter ea, que coherent naturalis vinculo, no-  
nihil tale cogitantibus : ut corpus & anima,  
siccus & albedo. Et haec combinatio non est  
mutanda.

*Compositio ficta* est, quam componuntur contra-  
*B* *s* *ria* *vñ* *Ficta*.

ria, ut lupus & ovis, vel similia, ut pastor & rex. Ethæc combinatio debet esse pathetica.

## CAPUT XII.

De modo combinandi conceptus adventitios cum insitis.

*Modus co-*

*combinationis.*  
Pulchri-  
ma compa-  
ratio intel-  
lecti:nis, &  
recordatio-  
nia.

*Combina-*

*tio Admemo-*

**C**ombinationis modus sequitur. Fit autem combinatio, seu compositio Mnemonicae interventu actionis imaginativa. Sicut enim in intellectione res haber, ubi sunt duo extrema, & medium conjunctionis, puta intellectus & objectum intelligibile & species intelligibilis: ita & in actu memorativo. Extrema quidem sunt subjectum recipiens, & objectum. Hac duo uniuersit in interventu imaginum insitarum & adventitiarum, quæ componendæ sunt. Et quidem conceptus adventitius est veluti medius terminus, qui convenit cum conceptu insito partim, partim cum re memoranda. Dum enim conjungitur adventitius cum insito, procedit actus memorialis. Conjungitur autem vinculo seu nexus combinationis: quæ nō quando consideramus.

1. Utriusque convenientiam, eamq; vel na-

tura,

tura, vel consuetudinis, de qua supra cap. 10. nicasit per canon. 3.

II. Adventitium esse insiti qualemque accidens, aliquo modo illi conveniens.

III. Adventitium insiti esse causam, vel per se, vel per accidentem. Illo modo est materia, hoc causa adjuvans.

IV. Adventitium quoque esse insiri formam, tam materiale, tam artificiale.

V. Utriusque similitudinem, que debet esse insignis,

Fit-	Picturâ : pro vento imaginor ho-
	minem inflantem buccas.
que	Accidente } Colore. Figura. Confor-
	matione.
vel	aliquo, ut } Magnitudine. Duritie.
	Mollitie.
	Perspicuitate. Levitate.
	Asperitate.
	Nomine, ut Caligula, ligula.
	Quantitate, Qualitate, &c.

VI. Eſſe continens alterius, non commune, sed proprium: ut vini dolium, non cellam.

VII. Eſſe insiti ortum, seu generationem, vel interitum, seu corruptionem. Sic ovum cum pullo, homo cum humano cadavere comparati potest.

est

VIII. *Hujus & illius oppositionem, qua*  
*Relativa; ut pater pro filio.*  
*est* *Contraria; ut album pro nigro.*  
*Contradictionis; ut homo, non-homo.*  
*Privationis; ut cæcitus pro vidente.*

IX. *Esse illius totum vel partem, speciem vel*  
*genus.*

X. *Præterea reminiscimur effectum per effi-*  
*cientem, & instrumentum artificis, & contrâ per*  
*effectum efficientem & instrumentum, itemque*  
*per instrumentum efficientem, & contrâ.*

XI. *Per materiam & formam externam ef-*  
*ficiens vel effectum: ut, per ollam vellutum*  
*figulum, per rotunditatem globi torna-*  
*torem.*

XII. *Sumimus signum. Et sic signum pro*  
*significato ponitur, ut pro timore pallor,*  
*pro vino vendibili hedera. Signa autem*  
*sunt vel naturalia, vel ab hominibus insti-*  
*tuta.*

XIII. *Recordamur accidentis per subjectum*  
*illo illustre. Nam cum accidentis plura habeat*  
*subjecta plurimum interest, quo utamur,*  
*ut pro fortitudine ponitur Hercules, tan-*  
*quam subjectum hoc accidente nobili-*  
*tatum.*

XIV. *Loci reminiscimur per locatum, &*  
*contrâ. Locum autem intelligo, non solum*  
*in quo aliquid frequenter versatur, sed et-*  
*iam*

iam generationis & corruptionis: sic metalla ponuntur pro terræ visceribus, concreta, stellæ cadentes, aliaque meteora ignita pro summâ aëris regione; pro media aëris regione nix, pluvia, grando; pro vesica calculus, pro matrice embrio.

X V. Temporis recordemur per ea, qua in tempore fiant: sic hyemis per glaciem, veris per flores, infantiae per lac.

X VI. Mensura per mensuratum. Per mensuram etiam mēnsoria instrumenta intelligo, ut ulnam, bilancem.

X VII. Accidentium per comitantia & consequentia; ut motbi per mortem, culpæ per pœnam.

X VIII. Reiproprietatem ipsius: ut Ovidii Nasonis per nasum magnum, cephalalgia per caput inclinatum.

X IX. Per literariam commutationem, qua est inflexio, transpositio, syzygia, apocope, &c. ut clamabit, atrabit, abit, ir, manus, anus.


Ex his videre est, quanta sit affinitas inter Logicam & Mnemonicam. Praxi Logicæ ostendit Mnemologica Topica in combinatione conceptuum per locos inventionis, in quibus observare licet methodum rūm Aristotelis rūm Rami.

#### CAPUT

## CAPUT XIII.

Tabula, qua adumbratur series artis Topicæ.

UT videoas coherentiam hujus systematis Topicæ-Mnemonici, en tibi tabulam, qua illius methodus tibi vis est evolvenda exhibetur.



## CAPUT XIV.

## De usu &amp; applicatione instrumentorum Mnemonico-rum.

**D**icta est prima pars artis Topica, de instru-  
mentorum mnemonicorum fabrica; expe-  
diemus deinceps secundam de eorundem usu ac  
applicatione, & quidem hoc capite per certos  
canones.

1. Hujus artis studiosus felicitat sibi decem cu-  
bicula seu loca universalia, quæ continent loca  
quadraginta pentagona, id est, tot paries &  
mille particularia. Et hic numerus nobis vi-  
deatur sufficere.

2. Hac loca ita constituta quotidie repeat:  
conceperibus, insiris seu perpetuū ornes, reflatis.

3. Decem ista cubicula reservet pro iis, quo-  
rum perpetuo rult meminisse. Pro iis autem,  
quæ cupit ad tempus retinere, constituat sibi con-  
clavia quinq[ue], ad summum: puta si velit con-  
cionem, orationem, vel simile aliquid me-  
morie mandare. Ista vocabimus Uniformia & perpetua, hæc Multiformia, & ambula-  
toria.

4. Cubicula uniformia implebit terminis il-  
larum artium, quarum studiose manipare cogi-  
gitat: puta Rhetoricis, Juridicis, Theolo-  
gicis.

gicis. Ita, verbigratia, Theologus digeret locos communes suos, ut titulis atque subtitulis utatur pro cōceptibus iōfīris. Quicquid deinceps illi occurreret in studio Theologico, sive sit canon, sive obiectio, sive dictum, hoc tanquam ad primos fontes referet. Quories igitur cupit dissētere dealiquo loco, ingrediatur illud conclave, in quo collocavit Theologiam, pulset illius fortes, adeat mente scilicet, illius pantagoni partem, in quo est propositus locus. De reliquis artibus & facultatibus idem sentire licet. Si placet, accipe decem prædicamentorum terminos, iisq; utere loco conceptuum iōfītorum.

5. Cubicula, multiformia ornabit idem conceptibus iōfīs: puta personis. In iis erunt loca particularia sōo. & totidem fermè personæ.

Cubicula  
multiformia.  
Applicatio  
aris topice  
ad Lullianam.

6. Cubicula, & uniformia & multiformia, ita ornata & vestita, noctesq; diesq; sunt repetenda. Hujusmodi enim repetitio prætendat perfectum actum memorialem.

7. Si velis artem applicare ad Philosophiam Lullianam, sic progredere, me suasore. Selige novem cubicula, pro numero literarum quae sunt B. C.D.E.F.G.H.I. K. singula cubicula prænotentur singulis literis: ut, cubiculum primum vocetur B. secundum C. tertium D. De hinc accipiuntur litterarum significata, ut sunt subjecta, prædicata, absoluta

absoluta, & respectiva una cum suis synonymis & repugnanciis: qua sunt loco conceptum insitum. Sic, verbigratia, in cubiculo B. primus conceptus insitus sic Deus, secundus, aliquod illius attributum, atque ita deinceps. Jam si aliquid veniat ediscendum, conceptus adventivus desumatur à rediscenda, & combinetur cum conceptu insito. Nam hæc talis combinatio perficit actum memoriae. Faciuntur has voces esse ediscendas, lapis, Bar, nubil, afnus, etiam, imbi, bacetus, cælum, homo. Ingredere unum è noveti <sup>Memoria</sup> tuis cubiculis, putat cubiculum C. in quo <sup>vocabulorum</sup> conceptus insiti sunt desumpti à subj. Æto, quod est Angelus, à prædicato ab soluto, quod est Magnitudo, & denique à respectivo, quod est Concordantia. Polito, quod tenas & in numerato habeas hosce conceptus insitos, exemplò tibi cogitandum fieri de adventiis juxta regulas à nobis aliisque traditas. Quod si mavis personas, illis utere pro conceptibus insitis. Fac igitur primò in loco eis patrem tuum, aliamvè personam, cui tribues convenientem vel actionem, vel passionem, qua combinetur cum prima dictione, qua est lapis. De sequentib; idem planè est judicium. At <sup>Memoria</sup> vero si occurrant gnomæ, dicit, similia, exempla, tibi nota; ne quiratur ut ordinem illorum teneas, id quod commode diffinire

C per

**Memoria**  
**dictorum**  
**ignororum.**  
**Memoria**  
**historiarum**  
**&**  
**orationum.**

per loca & conceptus illis insitos. Ignota sunt, è vestigio ipissima verba recordabere per singulos conceptus. Præterea si historia aliqua occurrat, unoq; ie altero conceptu eam exprimere debes. v.g. historiam Hannibal; Petri, Pauli. Adhaec si oratio sit ediscenda, vel res tantum tenendæ sunt, exque non omnes, sed principales, vel in super etiam verba. Si res dividatur oratio in partes principales, que certis conceptibus figurantur. Si vero ipsa vocabula, singularium periodorum quam accurat. sima habenda est ratio.

**Distributione**  
**temporis,**  
**quod impen-**  
**di debet**  
**huius arti.**

8. Quum natura non agat per salutem, arsilam imitari debet; nominatim autem bac ars. Observentur igitur gradus cum temporis, tum iorum obiectorum ediscendorum, tum denique ingeniorum. Temporis rationem sic habet ut judicamus, ut quotidie unica saltem hora huic exercitio tribuatur, et quae non continua, sed interrupta, ita quidem ut primus quadrans sit matutinus, secundus meridianus, tertius vespertinus, quartus nocturnus. Ipsa obiecta etiam sunt distinguenda. Primum sumuntur edicenda vocabula nota. Deinde ignota. Tum veniat ad locutionem sententiarum. Denique ad memoriam epistolarum & orationum. Et hinc quoque vel immotum fieri successi. Et ita ut sumatur incrementum per quintarios, ut loquantur.

quantur. Primo igitur die quinque vocabula addiscat; secundo alia quinque adjiciat; tertio augeat suum numerum quinario. Ita orationes ediscat per segmenta periodorum, ut unum quinarium alteri super addat. *Denique delectus habendus ingeniorum.* *Delectus in geniorum.* Neque enim è quovis ligno fit Mercurius, ut est in proverbio. Ii præsertim abstineant ab hujus artis exercitio, quiphantasiam expensuntur minus vegetam. Sunt, qui hac artes feliciter uruntur in multis vocabulis percensendis; sunt, qui feliciter utuntur in orationibus ediscendis quoad summam rerum, ut vocant; sunt denique qui eadem, quam felicissimè uruntur in prolixis orationibus de verbo ad verbum ediscendis. Quare quum ingenia varient, etiam præcepta artis singulis accommodanda & applicanda erunt ingenii.

## CAPUT XV.

## De Apologia hujus artis è Cicerone.

**S**atis de artis applicatione: paucis experdiuntur. Ultimum membrum, quod est de *Artis Mnemonicae apud Cicero.* artis ejusdem apologia. Ea est oppido necesse. Sunt enim bene multi, qui haec artis

C 2 præcep-

præcepta ridere, inutilia prædicare, inepti-  
tudinis accutare, memoriarum carnicinam  
vocare. His respondere licet rationibus ex-  
perientia, & authoritate. In præsentiarum  
contentus ero auctoritate, atque Cicero-  
nis, qui artem hanc magni fecit, exercuit,  
descripsit. Descripsit autem lib. 3 ad Heren.

*Cicero sup-*  
*ponit artem*  
*memoriae c-*  
*re. & multa*  
*valere.*

ubi verba ita habent. Memoria utrum ha-  
beat quiddam artificii, an omnis à natura  
proficiatur, aliud dicer. dicit tempus magis  
idoneum dabitur. Nunc perinde atq; con-

stet in hac re multum valere artem & præ-  
ceptionem, ita de eate loquemur. Placet  
enim nobis artificium esse memoriae: qua-  
re placeat, alias ostendemus: in præsentia  
cujusmodi sit ea, aperiemus. *Sunt igitur duae*  
*memoriae: una naturalis, altera artificiosa.* Na-  
turalis est ea, quæ nostris animis insita est, &  
simul cum cogitatione nota. Artificiosa est  
ea, quam conformat inductio quedam, &  
ratio præceptionis. Sed quia in cæteris ie-  
busingenii bonitas incitat se pè doctri-  
nam: ars porrè naturæ commoda confor-  
mat & auget: ita fit ut hacte, ut nonnun-  
quam naturalis memoriae, si cui data est e-  
gregia, similis sit huic artificiosa. P. rīd

*Ars memo-*  
*rie quomo-*  
*do & qui-*  
*buss milia.*

hæc artificiola naturæ commoda terinet,  
& amplificat ratione doctrinæ. Qu' pro-  
pter & naturalis memoria præceptione co-  
firmandæ est, ut sit egregia: & hæc quæ do-

ctrina

.Actina datur, indiger ingenii. Nec hoc magis aut minus in hac re, quam in ceteris artibus sit, ut ingenio, doctrina, præceptio-  
ne, natura niceat. Quare & illis, qui na-  
tura memores sunt, utilis hæc erit institu-  
tio, quod tote paulò post poteris intellige-  
re: & si illi fæti ingenio, nostra præ-  
ceptione non indigerent: tamen justa  
causa daretur, quale iis, qui minus inge-  
niū habent, adjumento velimus esse. Nunc  
de artificioſa memoria loquenur. Conſtat Partio *a ria*  
igitur artificioſa memoria ex loca & imaginibꝫ, memorialis.  
Locos appellamus eos, qui breviter, perſecte inſigni- Locorum  
ter, aut natura, aut manu ſunt abſoluti, ut eos fa- acinus.  
ciliè naturali memoria comprehendere & ample-  
diueamur: ut ædes, inter columniū, an-  
gulum, fornicem, & alia qua his similia  
ſunt. Imagines ſunt forma quadam, & nota, & ſi Imaginum  
mulachra ejus rei, quā meminiſſe volumus: quod definicio.  
genus, equi, leones, aquilæ, quorum me-  
moriā, ſi volemus habere imagines  
eorum, certis in locis collocare nos oport-  
ebit: Nunc cujusmodi locos invenire, &  
quo pacto reperire, & in locis imagines  
conſtruere, oporteat, oſtendemus. Quem- Appositum  
admodum igitur, qui literas ſumit, poſtūn- ſimile.  
id, quod dicū est, ſcribere, & recitatere quod  
ſcripserunt: ita qui *unquam* didicerunt,  
poſſunt, quæ audierunt in locis collocare,  
& ex his memoriter proclamare. Locie-

nim cerae aut chartæ similimi sunt, imagi-  
nes literis, dispositio & collocatio imagi-  
num scripture, pronuntiatio lectioni.

*Lectorum  
conditiones.*

I. *Multitudi-*  
*do.* porret igitur si multa volumu meminisse, multos  
nobis locos comparare, ut in multis locis mul-  
tas imagines collocare possimus. Item pata-  
mus oportere ex ordine hos locos habere, ne quā-  
do perturbatione ordinis impediatur,

quo secus quoto quoque loco licebit, vel  
à superiori, vel ab inferiore, vel ab media  
parte imagines sequi, ea quæ mandata lo-  
cis erunt, edere & proferre possimus. Nam  
ut, si in ordine stantes, notos quam pluri-  
mos viderimus, nihil nostra inter sit, utrum  
à summo, an ab imo, an ab medio nomina  
eorum dicere incipiamus: Item in locis ex  
ordine collocatis eveniet, ut in quam liber  
partem quoq; loco licebit, imagini-  
bus commoniti dicere possimus id, q; locis  
mandaverimus. Quare placet & ex ordine  
locos comparare, & locos quos assumple-  
rimus, egregie commepitari oportebit: ut perpe-  
tuo nobis hæcere possint. Nam imagines

III. *Repeti-  
tio.* sicut literæ delentur, ubi nihil illisutumur:  
loci tanquam cera remanere debent. Et ne  
fortè in numero locorum falli possimus,

IV. *Notatio.* quintum quemq; locum placer notari: quod ge-  
nus, si in quinto loco manum auream col-  
loceamus, & si in decimo aliquem notū, cui  
prænomen sit Decimo: deinde facile erit  
similes notas quanto quoq; loco collocare.

Item

item commodius est in derelicta, quam in celebri V. Solis ad.  
regione locos comparare: propterea quod  
frequencie & obambulatio hominum con-  
turbat & infirmat imaginum notas. So-  
litudo conservat integras simulachra orum  
figuras. Prereterea dī si nō līs forma arque natu- VI. Diffimla.  
ra loci comparanda sunt, ut dī simile interluc-  
re possint. Nam si quis multa intercolu-  
mnia transserit, conturbabitur similitudi-  
ne locorum, ut ignoret, quid in quoq; lo-  
co collocari. Et magnitudine modūk & me-VII. Maggi.  
dioces locos haberi oportet, nam & præter mo tuda.  
dum ampli vagas imagines reddunt, & ni-  
mis angusti sāpē non videntur posse capere  
imagineum collocationem. Tum nec nimis VIII. Elix.  
illiflres, nec rebemēter obscuros locos haberi opor-  
ret: ne aut obccēcentur tenebris imagines,  
aut sp̄lēdore p̄fusileant. Intervalla locorum IX. Inter-  
mediocria placet iſſe s̄rē paulò plus aut minus pe-  
dum tricenīm. nam ut aspectus, ita cogitatio  
minus valet, sive nimis procul amoveris,  
sive vehemēter prop̄ admoveris id, quod  
oportet videri. Sed quam facile est ei, qui *Loci imagi-*  
paulò plura exploraverit, quamvis multis *nari.*  
& idoneos locos comparare: tamen, si quis  
ad ista satis idoneos inventire se non puta-  
bit, ipse sibi constitutus, quam voler multos  
tos licet. Cogitatio enim quamvis re-  
gionem potest amplecti, & in eā situm  
loci cuiusdam ad suum arbitrium fabrica-

ri, & architectati. Quare licebit, si haec prompta copia contenti non erimus, nos metipso nobis cogitatione nostra regionem constitutere & idoneorum locorum commodissimum distinctionem comparare. De loco satius dictum est, nunc imaginum rationem transamus. Quoniam ergo rerum similes imagines esse oportet, & ex omnibus verbis nostris nobis similiudines, eligere debemus, duplices similitudines esse debent, una rerum, altera verborum. Rerum similitudines exprimuntur, cum summam ipsorum negotiorum imagines comparamus. Verborum similitudines constituuntur, cum uniuscujusque nominis, & vocabuli memoria imagine notatur. Reitotius memoriam si pè una mota, & imagine simplici comprehendemus, hoc modo. Ut si accusator dixerit, ab reo hominem veneno necatum, & hæc editatis causa factum arguerit, & ejus si multas dixerit testes & consciens esse. Si hoc primum, ut ad defendendum nobis expeditum sit, meminisse volemus, in primo loco reitotius imaginem, conformabimus, & grotum in lecto cubantem favemus ipsum illum de quo agetur, si formam ejus deritiebimus, si cum non agnoverimus, aliquem in grotum non de minimis loco sumemus, ut curè in mentem venire possit, & reum ad iecum ejus adsticuemus, dextra poculum

*Imagines  
sunt  
vel  
Rerum  
vel  
Verborum.*

*Exemplum  
memoriae  
rum.*

poculum, sinistratabulas, medico testiculas arietenus tenentem. Hoc modo & restitum, & hereditatis, & veneno necati memoriam habere poterimus. Item deinceps cætera crimina ex ordine in locis poneamus, & quotiescumq[ue] rem meminisse volemus, si formarum d[omi]ni positione, & imaginum diligentioratione utemur facile ea, quæ volemus memoria conqueuemur. Cum verborum similitudines imaginibus exprime-  
*Exemplum  
memoria  
verborum.*

re volemus, plus negotii suscipiemus, & magis ingenium nostrum exercebimus, id nos hoc modo facere oportebit. *Jam domi*  
*ulsionem regis Atrida parant.* In loco consti-  
tuere oportet manus ad cœlum tollentem Domitium, cum à regibus Martiis lotis cæ-  
datur. hoc erit. *Jam domulsionem reges.* In al-  
tero loco Æsopum, & Cimbrum subornare Iphigeniam, Agamemnonem, & Menelaum: Hoc erit *Atrida parant.* Hoc modo o-  
mnia verba erunt expresa. Sed h[ec]c imagi-  
num conformatio tum valet, si naturalem memoriam exsuscitaverimus hac notatio-  
ne: ut verū posito, ipsi nobiscum primum transeamus bis aut ter cum versum: deinde cum imaginibus verba exprimamus. Hoc modo naturæ lippeditabit doctrinæ. Nam utraque alteria separata, minus erit firma, ita tamen, ut multo plus in doctrina arque arte præsidii sit: quod docere non gravare-

C 5 mus,

nur, nimirueremus, ne cum ab insitum  
nostro recessissemus, minus commode ser-  
varetur haec dilucida brevitas preceptionis.  
Nunc, quoniam solet accidere ut imagines  
partim firmæ, & ad movendum idoneæ  
sunt, partim imbecilles & infirmæ, quæ vix  
memoriam possint excitare, qua de causa  
*Conditiones*  
*imaginum.* utrumq; fuit, considerandum est: ut cogni-  
ta causa, quas vicemus, & quas sequamus  
imagines fore possimus. Docet igitur nos  
ipsa natura, quid oporteat fieri. Nam si quas  
res in vita videmus parvas, usitatas, quoti-  
dianas, eas meminisse non solemus, pro-  
pterea quod nulla nisi nova, aut admirabili-  
te commoveret animus: At si quid videmus  
aut audimus egregiæ, turpe, aut honestum,  
inusatum, magnum, incredibile, ridicu-  
lum, id diu meminisse consuevimus. Item  
que quas res ante ora videmus, aut audi-  
mus, oblivisciimur plerumque, quæ acci-  
derunt in pueritia meminimus optimè sa-  
pè: nec hoc alia de causa potest accidere,  
nisi quod inusatæ res facile è memoria e-  
labuntur, insigiles & novæ manent diutius.  
Solis exortus, cursus, occasus, nemo admira-  
tatur, propterea quod quotidie fiunt; at ec-  
clipses solis mirantur, quia raro accidunt;  
& solis ecclipses magis mirantur, quam lu-  
næ, quoniam hæc rareriores sunt. Docet er-  
go la natura vulgari & usitata re non exsu-  
scitari,

scitari, novitate verò & insigni quodam negotio commoveri. Imitetur igitur ars naturam: Et quod ea desiderat, inveniet, sū quod ostendit, sequatur. Nihil est enim, quod a natura extremum invenerit, aut doctrina primum: sed rerum principia ab ingenio profecta sunt, exitus disciplina comparantur. Imagines igitur nos in eogenere constitutere oportebit, quod genus in memoria manere diuitissimè potest. Id accideret, si quam maxime notas similitudines constituemus: si non mutas, nec vagas, sed aliquid agentes imagines ponemus: si egregiam pulchritudinem aut unicam turpitudinem eu attribuemus: Si aliqua re exornabimus, ut si coronis, aut veste purpurea, quo nobis notior sit similitudo, aut si qua re deformabimus, ut si cruentam aut cano oblitam aut rubrica delibutam inducamus, quo magis insita sit forma: aut si ridiculas res aliquas imaginibus attribuamus. Nam ea res quoque faciet, ut facilius meminisse possimus. Nam quas res veras facile meminimus, eisdem fictas & diligenter notatas meminisse non est difficile. Sed illud facere oportebit, ut identidem primos quoque locos imaginum renovandarum causa celeriter animo percurramus. Scio plerosque Graecos qui de memoria scriplerunt, Greci scrip- fecisse, ut multorum verborum imagines memoria. concriberent; uti qui eas ediscere vellent, Qui iacet de- paratas haberent, nec quid in quaerendo bet in uigore sit formare fit formare consume-

consumerent operæ: quotum rationem & liquor de causis improbarunt. Primum, quod in verborum innumerabilium multitudine ridiculum sit mille verborum imagines comparare. Quantulum enim potuerunt hæc valere. Cum ex infinita verborum copia modo aliud, modo aliud nos verbum meminisse oportebit? Deinde cur volumus ab industria quemquam revocare, ut ne quid ipse querat, num nos illi omnia parata quæsitaque tradamus: præterea similitudine alia, aliis magis commovetur. Nam, ut sæpè formam, si quam simile cuiquam dixerimus esse, non omnes habemus assertores, quod alii videtur aliud; Ita si in imaginib. ut quæ nobis diligenter noræ sint, eæ parum videatur insigne aliis. Quare sibi quemque suo commodo con-

*Præceptor in venit imagines comparare. Postremò præceptoris est docere, quemadmodum quæri quidquæ conveniat, aut unum aliquot, aut alterum non omnia, quæ ejus generis*

*Ratio diff'ret, exempli causa subjicere, quo res possit esse dilucidior, ut cum de proœmiosis quærendis disputamus, rationem damus, quæribus non mille proœmiorum genera concibimus: ita arbitramur de imaginibus fieri convenienter. Nunc, ne fortè verborum memoriam aut nimis difficilem, aut pacum utilem arbitretis, & ipsarum memoria*

*arte fine monita est necessaria.*

*Cicerone.*

Innotia rerum contentus sis, quod & utiliores sint, & plus habeant facilitatis: admonendus es, quare verborum memoriam non improbemus. Nam putamus opere <sup>Memoria</sup> verborum eos, qui veiant res faciliores sine labore & molestia facile meminisse, in rebus difficultioribus esse ante exercitatos. tec nos hanc verborum memoriam inducimus, ut versus meminisse possimus: sed ut hac exercitatione illa retinua memoria, quæ pertinet ad utilitatem, confirmitur; ut ab hac difficulti consuetudine sine labore ad illam facilitatem transire possimus. Sed cum in omni disciplina infirma est artis præceptio sine summa assiduitate exercitatio: <sup>Exercitatio</sup> artis Mne- tationis: tum vero in metronicis mini- monica est mum valet dectrina, nisi industria, studio, necessaria labore, diligentia comprobetur: quampli locos ut habeas, & quam maximè ad præcepta accommodatos curare debebis. In imaginibus collocandis exerceri quotidie convenient. Non enim, sicut in ceteris studiis abducimur non nunquam occupatione, ita ab hac re nos potest causa deducere aliqua. Nonquam est enim qua aliquid memorietade, & ve- hementius, & tam maximè, cum aliquo magiore negotio detinemur. Quia cum sit utile facile meminisse, non te fallit, quod tantoper utile sit, quanto labore sit

sic appetendum: Quod poteris existimare, utilitate cognita. Pluribus verbis ad eam te hortari non est sententia: ne aut tu nostro, aut nos tuo studio diffidere, aut minus, quam res postulat dixisse videamur.

Atque haec est sententia, haec doctrina magni illius Ciceronis de Mnemonica arte. Quod si quis excipiat, libros ad Herennium esse suppositios, is sciat & stili gravitatem, & rerum in iis contemptarum majesticatem, & characterem Ciceronianum, & alia innumera contrarium suadere, in nobis persuadere.

Haec pro re nata de Mnemonicis subfidiis volui, debui communicare cum iis, qui flagrant desiderio earum rerum, quas priscis in magnis & utilibus numerarunt. Si qui sententiam nostram afflentur, & sequentur, est, quod effusè gaudeamus; sin, nihilominus tamen nostra spe penitus non excidemus, qui studiuimus ostendere prioscos non fuisse alienos ab hujus artis studio, atque adeo nobis non fore inutile id, quod priscis impediò utile existit.

*Finis artis Mnemonica.*

~~ARTIS LULLIANAE~~BREVIS ET PERSPI-  
CUA EXPLANATIO

per certas sectiones.

**S**CALIGER, Magister ille subtilitatum, non sine gravi causa novatores vocat veteram intellectum depravatores. Iis enim hoc unum unicè placet, si possint veterum ingenia vertere, ut ait idem. Tales hodie vienes plusquam multos. In iis sunt, qui artis Mucmonicae à Cicerone traditae fundamenta convellunt & pari audacia damnant artem R. yundi Lullii, quam vel magia! (ò secula! ô cæcē he!) intulant, vel inepti: ud. nis damnant, quam nunquam videunt, nedu-n à limine salutariunt. Contra illos superiori tractatu pro virili mea scripsi; hos contra deinceps scribere aggrediar. Adeò igitur, q̄ quis es, antiquis moribus, candido sūlicet pectore & dextro judicio. Judica ipse ex nostris hisce meditationibus, quid arti isti Lullianæ tribendum sit, quidque emolamenti ex illa expectandum.

## S E C T I O . I.

*Compendiosa artis Lullianæ archi-  
tectura.*

## C A P U T .

## C A P U T I.

## Summa dicendorum.

*Sc. 5. onus  
primaria  
partes.*

**M**ultarchreducaturam & magisterium artis Lullianæ traditum, tres partes hujus adhuc i constitutere placet. *Prima* est, de causâ efficiente. *Secunda*, de subiecto. *Tertia* de subiecti partibus.

## C A P U T II.

## De efficiente causa artis Lullianæ.

*Diversas* *causas* *efficiens* *bijus* *artis* *est* *vel* *prima*, *vel* *secunda*,

*Causa* *prima*, *universalis* *est* *Deus*. *Sicutie-*  
*nim* *sol* *in* *line* *sole*, & *alia* *in* *line* *eo* *videre*  
*non* *possumus*; *ita* *nec* *sic* *Deo* *Deum* &  
*alii* *extra* *eum* *intelligere* *possumus*. *Hic*  
*sol* *nunquam* *nobis* *occidit*; *alio* *tamen* *mo-*  
*dio* & *gradu* *alia* *ingenia* *illuminat* *radiis* &  
*fulgori* *is* *&* *misericordia*. *Hic*, *inquam*, *sol*  
*non* *solus* *in* *ficit*, *ut* *ea*, *qua* *potentia* *habe-*  
*mus*, *actu* *reddantur* *illuminatio*, *sicuti* *facit*  
*sol*, *opus* *celestis*, *cujus* *beneficio* *poten-*  
*tia* *rantum* *visibilia*, *actu* *redduntur* *alia*,  
*sollicitata* *nempe* *facultate* *visiva*. *Quid* *ig-*  
*tut*

tum amplius habemus à sole illo clementia  
divina? Et potétiā & aetū cognoscen-  
di habemus ab illo. Hunc igitur Patrem  
cælestem, à quo omne donum bonum &  
perfectum descendit sollicitare debemus,  
in terum cognitionem deduci volumus.  
Nam sicuti sol cæco non lucet: ita etiam sol  
ille justitiae sua dona non coronet in vase  
impuro.

*Causa efficiens secunda & particularis fuit in-* *Causa effi-*  
*tellectus agens Raimundi Lullii (qui temperatè* *cien-*  
*fus: metâ: holicus) & perfecte reflexus. Nisi enim* *do artu Lul-*  
*intellectus reflexus formatus, & ut ita di-* *lian.*  
*cam, firmatus sit in homine, vix est, ut ali-* *Intellectus*  
*quid præster, quo possit alii præcipere pal-* *agens & re-*  
*mam. Intellectus autem Lullianus ita te-* *Scopus Lul-*  
*habuit ad Deum & species intelligibiles,* *li.*  
*sicut oculus noster se habet ad solem &*  
*species visibiles. Scopus illius fuit sanè lati-*  
*dabilis; voluit scilicet tradere artem in-*  
*ventivam dilectioni de omni scibili.*  
Hunc scopum, ut assequeretur, adhibuit  
media pro ratione sui reportis satis accom- *Quare Lul-*  
moda; circulos videlicet & cameras. Erat *lui: figuris*  
enim motus apud priscos, subtilissima qua- *delectatus*  
que schematis Mathematicis adumbrare, *fui.*  
& ita veluti ob oculos statuere. Adhibuit  
insuper terminos quosdam barbaros: id *Basbaries*  
quod ipsis non est vitio dandum. Ea enim *Lullii excu-*  
*terant tempora, qua fulgorem lingue La-* *satur.*

D tine

50    THESAURUS ARTIS  
tinæ non admodum curabant, sicut vide-  
re est ex omnibus omniis scholasticorum  
scriptis. Quid : Philosophi priœ inten-  
contemplationi rerum, non admodum so-  
liciti erant de pompa verborum. Et deniq;  
sicuti quilibet ars suos habet terminos: ha-  
& Lullius suam artem peculiari sermonis  
charactere voluit ab aliis distinctam. Ejus  
autem character ita est comparatus, ut fa-  
ciliè possit latinitatis ueste tegi atque or-  
nari.

C A P U T III.

De subiecto hujus artis.

Sic de causâ efficiente : jam, quod ordo juber, de  
sillius subiecto.

*Subiectum*    Subiectum configurationis in hac arte duas ha-  
duas haber  
ber partes; rem consideratam, & modum confide-  
partes.  
randi.

*Res considerata* est materiale subiecti; et que-  
rata.  
omne scibile. Atque ita differat Metaphysicâ.

Metaphysica enim considerat ens in qua-  
tum ens reale, per se, quod dividitur in sub-  
differe à Me- stantiam & accidens; ita ut obiectum Mc-  
taphysica. taphysices excludat ens per accidens, item-  
que ens rationis. At ars magna Lullii est  
Metaphysicâ generalior; quia tractat en-  
tia realia & intentionalia. Etenim multitu-  
do,

do, cuiuscumq; sit generis, ad simplicem reduci & debet, & verò potest unitatem. Itaque ens, quod dividitur in reale & rationis, etiam reduci debet ad unam aliquam disciplinam, in quâ tota ejus latitudo explicetur. Et hæc est ars magna, seu inventiva.

*Modus considerationis est formale subjecti; est sive consideratio que tradere generalissima, vera, necessaria & primitiva principia, secundum quæ non tantum entia realia, sed etiam rationes examinantur. Metaphysica tradit principia primitiva entis realis. Sed ars magna tradit principia ad omnem omnino ens, adeo q; omnes disciplinas, Geopoliticas, Regumaticas, Mathematicas, applicabilia. Nullus enim habitus est qui istorum principiorum scrutiniam effugere posset.*

Hinc colligere est hujus subjecti dignitatem, quæ consistit in certitudine assecutionis, in compendiosa facilitate tractationis, in generis sui sufficientia, & deniq; rei consideratæ nobilitate. Hæc enim singula concurrunt hæc in arte, quæ est veluti aquila omnes facultates transcendens eorumq; fines perlungans & illorum latitudina suâ secunditate donans. Verè igitur dixeris artem Lullii pertinere ad præcognitum philosophicum, quod tractat de Principiis omnium disciplinarum.

D 2 CAPUT

## CAPUT IV.

## De subiecti partibus.

*Partes sub-  
iecti.* **S**equuntur partes subiecti, quae sunt numero  
tres.

*Ideas totius  
arts Lullia-  
nae.* **P**rima agit de apprehensione simplicium in al-  
phabeto, figura prima & secunda.

**S**econda tractat de propositione, seu compositione  
& divisione in figura tertia.

**T**ertia tractat discursum & illatirum & ordinati-  
vum, sive syllogisticum, & methodicum, cuius  
septem sunt partes.

**1. Quarta figura.** 2. Tabula magna. 3. Evacuatio tertie figure. 4. Multiplicatio quartae  
figurae. 5. Mixtio principiorum & questionum.  
6. Subiectorum definitiones. 7. Applicatio. De  
hiis partibus ita habendum.

*Alphabe-  
tum Lullia-  
num.* **A**lphabetum continet literas artis, & litera-  
rum significata, tanquam solidissima fundamen-  
ta.

*Figure tres.* **F**igurae sunt veluti syllabica, quia docent com-  
binare literas, ideoque illarum significata. Et

**I.** **q**uidem prima figura docet extensis circu-  
circa lineis praedicata absolute singula, per  
modum abstracti & concreti ad omnia in-

rerum universitate rescire, & cum omnibus,  
suo modo, componere. **S**econda au-  
tem figura commonstrat, quomodo præ-  
dicata

dicata respectiva cum ad se invicem, tum ad absolute p̄ædica per suam scalam referenda sint. *Tertia*, denique figura rationem terminos absolutos & respectivos combinandi ostendit, adeoque veluti aperit, quā ex syllabis integræ consuppetur dictiones, id est, variæ propositiones, in quibus de subjecto quolibet, quodlibet p̄ædicatum absolutum & respectivum, vel ex iis compositum affirmari & negari possit.

Tale est elementale & dictionarum artis Lulliane: reliqua partes docent, ut ita loquar, contexere orationes. Nam in elementali continentur omnis generis problemata, & argumenta implicita, itemque responsum, omnis generis discursuum, & definitionum facultas: in sequentibus autem partibus illorum omnium explicatio, multiplicatio, & evacuatio continetur. In quarta *Quarta*, namque figura omnium primo includitur contra *Quarta*. *Quarta*. sius veluti in aureo talento multiplex moneta. Secundo, in tabula magna omnes argumentorum *Tabula* species extenduntur, explicantur, & numerantur. *Magna*. Tertio sequitur evacuatio tertie figurae, ubi doceaturatio explicandi propositiones in primis antecedentibus implicatas. *Quarto* traditur multiplicatio quarta figurae, ad inveniendum innumeratas rationes pro conclusione affirmanda vel neganda. *Quinto* apud *Lullum* sequitur mixtio principiarum & questionum,

*num, seu regularum: ubi deducuntur principia  
per se, puta absoluta & respectiva, cum u.  
traq; cōplexē vel incomplexē, conjunctū  
vel ligillatim per questionum farraginem:  
unde mirum in modū dicitur inventio at.*

*que judicium. Sexto. Lullius progreditur ad sub-  
iecto. Subiecto. jectorum definitionē & eorundem diversificatio-  
nem, id est, per diversa deductionē; quatenus*

*nempe & ipsa, & omnia, quae ad eadem,  
tanquam in iisdem implicita reducuntur,  
cū principiis absolute & respectivis deter-  
minari possint. In hac sexta parte, ut recte*

*Nucleus ar- sentit Brunus in Architectura artū Lullianæ,  
tis Lulliane præcipuum hujus artificii finis consistit, qui  
ubi queren- plerosque, ne dicam omnes, latuit Lullii  
dū. interpres. Hic enim docetur, quomodo*

*alia & cuiuscunque generis praedicata (ad  
hac enim praedicata, omnia possibilia pre-  
dicata esse reducibilis sentit Lullius) de ta-  
libus, & cuiuscunque genus subiectū ad  
hac enim subiecta, cetera omnia subiecta  
reduci, & in iisdem contineri sentit idem  
author) possint, & debeant ritē enunciati,  
& scientificē inter se componi, vel a se in-*

*Tres propo- vicem disjungi. Nam ista subiecta & praedi-  
sitionum cāsser. cāta constituant tres propositionum clas-  
ses. Principio namque sunt quadam res ita  
conjunctæ, ut sint indivisibilis, ut homo &  
animal. Hinc emergunt propositiones ne-  
cessariae affirmatae. Deinde quadam res ita  
sunt*

MEMORATIVE.

sunt disjunctæ, ut nunquam sint compo-  
nibiles, ut *homo & angelus*. Hinc efflorescunt  
propositiones negatæ necessariaæ. Denique  
quædam res ita cohærent, ut possint inter-  
dum disjungi, & ita disjunguntur, ut po-  
sint interdum cohædere. Hinc fluunt pro-  
positiones contingentes: ut *homo & erudi-*  
*tio*. Nam hoc contingenter verum est: ho-  
mo est eruditus. *Septimo Lullius tradit applica-*  
*cationem*, ubi principaliter intendit ostendere,  
quod ad novem subjecta omnia sub-  
iecta reducantur, & in ipsis includantur  
arque implicentur: itemque, quomodo odo  
omnia absoluta ad novem ista absoluta,  
& omnia respectiva ad novem ista re-  
spectiva prædicata reducantur. Insuper,  
quomodo omnia cognoscibilia per im-  
plicitum & explicitum, abstractum &  
concretum, per figuræ allatas, per defi-  
nitiones, per questiones, per tabulam, per  
evacuationem tertia figura, per multiplicati-  
onem quartæ, per mixtionem princi-  
piorum, per novem subjectorum rationes,  
& denique per centum formas construan-  
tur, examineantur, atque formentur.

BOOK OF THE SEVEN SEAS

S E C T I O II.

Proemium.

*De proposito.*

D 4 Sic

*Sic ostendimus architecturam artis magna, & libri analysin proposimus: deinceps ipsam artem explicabimus simulq; applicabimus, methodo nempe ea, quam praescriptius in Panacea Philosophica, cuius hec est summa: Omnis ars tradatur per Lexicon, Præcognita, Systema, & Gymnasium.*

*Methodus  
trudendi  
qua libet  
disciplinarum.*

••••• S E C T I O III.

*De Lexico artis Lulliana.*

*A*rs magna Lullii quā rectissimè traditur per Lexicon, Præcognita, Systema, & Gymnasium,

*Lexicon ar-  
tis Lulliane*

*In Lexico explicitentur cūm voces tūm phrasēs, ut nempe scire possis, quid sit camera, quid sit & evacuare, &c; sic deinceps. In terminis autem velim notari synonyma & homonyma. V. g. Bonitas habet varia synonyma in variis disciplinis, adeo q; ḥuorūus accipitur. Lexici huius dūa erunt partes; prima de terminis, altera de terminationibus.*

*Termini sunt vel intrinseci, vel extrinseci.*

*Intrinseci sunt, qui occurruunt apud ipsum Lullium: ut, alphabetum, figura, evacuatio, camera, tabula.*

*Extrinseci sunt, quibus utuntur interpretes: ut, abacus, ligillum, & omnes termini prædicati: vel cognati, vel repugnantes, quorum syllogi est insta in abacis.*

*Terminationes sunt vel principales, vel minus principales.*

*Terminationes principales sunt numero tres, luum,*

Ivum, lle, Are. Hæc enim sunt tria principia coessentialia, per quæ omnia probantur: ut, communicativum, communicabile, communicare. Illa terminatio potentia activam, ista passivam, hæc aedium denotat.

*Terminationes minus principales sunt reliqua, ut eius, ex, ans, andus, io, & consimiles de quibus Brunus in spec. scrutin.*

## SECTIO IV.

*De præcognitiis artis Lulliana.*


Præcognitorum partes duæ sunt; quarū prima est de artis natura, secunda de ejusdem studio.

Natura hujus artis explicatur designatione sedis, quam obtinet, & indicatione objecti. Designatio sedis est, qua hujus artis convenientia cum aliis, & differentia ab iisdem indicatur, hoc parato: Ars magna Lullii non est Metaphysica, neq; est Logica concreta: sed est ipsa Metaphysica superior. Quia enim objectum artis magnæ superius est objecto Metaphysices, etiam ipsa ars merito superior judicatur. *Vide supra architectur. cap. 3.*

Indicatio objecti petatur e modo citato architectura capite. Est autem illud duplex, primarium & secundarium. Primarium est intellectus, cuius correctrix & directrix est hac ars, alio autem modo, quam logica. Logica enim est notionum secundarum: at hæc ars sece exercet in contemplatione omnis scibilis, sive sit reale, sive intentionale.

D 5      Obj-

*Anus studiū qui inserviātum.* Objectum secundarium est memoria; sicuti ipse Lullius testatur in proemio Cabbale. De artis hujus studio paucis ita habendum. Studiosus hujus artis



## SECTIO V.

## De Systemate hujus artis.

*Systema ar.* *S*ystema artis Lulliana ita adornandum est, ut distinguiatur inter præcepta, canones, & commentaria. Ego cum Deo in medium ponam præcepta & canones, commentariis præteritis: quippe qui videam alios hāc in parte satisfecisse hujus artis studiōsis. Ille systema paucissimis capitibus absolumentum.

CAPUT

## MEMORATIVA.

19

C A P U T I.  
De Alphabeto artis.

Alpha-  
betis ar-  
tis Lul-  
liana.


J. H. J.

## CANONES.

*Significata* I. Horum elementorum singula significant pri-  
literatum. *modus subjectum*: secundo predicatum absolutum:  
tertio predicatum respectivum: quartio questionem.

II. Alphabetum, eiusq; elementa, & elemen-  
torum significata, probe mandentur memoris:

*Memoria* Quum autem memoria naturalis subinde  
*Alphabeti* habuerit, de artificiosa cogitandum fuerit.  
*artificio/a* Ejus ratio talis. Selige tibi novem cubicula  
quadrata. In singulis constitue quaterna  
quadrata, seu angulos, puta Orientem A.  
Septentrionem E, Occidentem I, Meridiem O; medium vero contineat elemen-  
ta B C D&c. Schema pro litera B. tale  
est:



Intellige hoc Schema esse Musci latus. In  
Oriente A, hoc est, angulo Musci vel do-  
mus, qui tibi ingredienti est dexter, sive in  
quadrato tibi intranti ad dextram sito, po-  
ne subjectum videl. *Deus*. Septentrioni E  
adjungas praedicatum absolutum *Bonitus*.

Occi-

Occidenti inscribe prædicatum respectivum *Differentia*. Meridiei attribue quæstionem *Utrum*. In medio vero quadrati pone elementum B. Et sic ordine procede cum reliquis elementis. Ubi vero seorsum ibi commemoranda sunt subiecta, angulos seu regiones Orientales disiurares: ubi prædicata absoluta, Septentionales: ubi respectiva, Occidentales: ubi quæstiones, Meridionales. At si cubilium multiplicatio minus arrideat, ad reliquias figuras ediscendas: sit in singulis angulis homo, actio, insigne, & adstantis, quæ respondeant subiecto, Absoluto, Respectivo, & Quæstiōni. Inde ubi seorsum exminanda sint subiecta, intuere homines: ubi absoluta prædicata, actiones: ubi respectiva prædicata, insignia: ubi quæstiones, adstantia.

## C A P U T II.

## De prima figura.


**F**igura prima continet prædicata *absoluta*, e-  
iusque nota est litera A, quod est initium <sup>Figura pri-</sup>  
in voce *Absolutum*.

Prædicata absoluta.


- 1. B. *Bonitas.* 4. E. *Potestas.* 7. H. *Virtus.*
- 2. C. *Magnitudo.* 5. F. *Sapientia.* 8. I. *Veritas.*
- 3. D. *Duratio.* 6. G. *Voluntas.* 9. K. *Gloria.*

C A N O-

I. Ad retentionem prime figura felige latus  
mufei quadratum , novem distinctum locis, hoc  
ordine:



vel si mavis , procede hoc ordinet:



*Rotundaf.* Rotundam figuram , tanquam memoris  
figura est inimicam , fugimus , & angularem eidem  
*memoria* familiarem seligimus . Rotunda autem fi-  
gura discursui est aptissima .

II. Prima figura est circularis , & constat li-  
ne transversalibus , quibus indicatur , elementa  
ejus

eius diversimodè conjungi posse, nunc directè, nunc transverse. Verbi gratia, B. cum C. D. & sequentibus. Et sic de reliquis.

III. *Omnia predicata absoluta, que de aliquo subiecto in rerum universitate dicuntur, ad hac novem reducuntur.*

IV. *Predicata absoluta de omni ente dicuntur, affirmative vel negative, in concreto vel abstracto, convertibiliter vel inconvertibiliter.*

V. *Predicata absoluta de Deo dicuntur affirmativè, convertibiliter, abstractivè, & concretivè.*

VI. *Predicata hujus figura se se in vicem penetrant & immixtantur: id est, de se in vicem affirmantur dicuntur. Sunt enim aequalia. Ratio: quia sunt principia. Kestè igitur dico: bonitas est magna, durans, potens: magnitudo est bona, durans &c.*

VII. *Predicata absoluta dicuntur de reali- quas secundum varios casus. exempli gratia, Sa- pienciam non possum prædicare de libro in casu recto; possum autem in obliquo; ut liber est sapientis, continet sapientiam. Sic dico magnitudo bonitatis, in genitivo; vel magnitudo bona in nominativo. Vide hac de te, Brunum in specierum scrutinio, de utilibus & multisibus combinationibus.*

VIII. *Predicata absoluta examinantur per respectiva. Nam secunda figura illustrat pri- main. Sic, verbi gratia, considerare licet bo- nitatis differentiam, concordantiam.*

#### C A P U T

## C A P. III.

## De secunda figura.

*Pigura se-  
cunda.* Secunda figura continet predicata respectiva,  
qua ita habent:

*Triangulus* Primus triangulus.      *Scala intellectua,*  
 I. { *Differentia*      B }      { *Sensuale & sensuale,*  
     { *Concordantia*      C }      { *Sensuale & intellectua,*  
     { *Contrarietas*      D }      { *Intellectuale & intel-  
                                   lectuale.*

II. *Secundus triangulus:*  
 I. { *Principium*      E }      { *Causa,*  
     { *Medium*      F }      { *Quantitatis,*  
     { *Finis*      G }      { *Temporis.*  
                                   Coniunctionis,  
                                   Mensurationis,  
                                   Extremitatum.  
                                   Perfectionis,  
                                   Terminacionis,  
                                   Privationis.

III. *Tertius Triangulus.*  
 II. { *Maioritas,*      }      { *Substantiam & sub-  
     { *Minoritas,*      }      { *Substantiam & acci-  
     { *Aequalitas.*      }      { *Substantiam & substi-*  
                                   inter      { *Substantiam & acci-  
                                   Substantiam & accidentem.***


Figura est circularis, sed alio modo quam  
prima.

I. Ad

## Canones.

I. **A** d retetionem hujus figure imagina: Are tibi triangulum in quadrato vel rectundo acrio ita dispositum: singuli anguli singulas, easq; vivas, habeant imagines, quæ binas collaterales sibi assument. Deinde memoraturus, procede ab uno angulo ad alterū, à principali ad collaterales. Exempli gratia. Imaginare cibi in uno latere patetis hunc triangulum.

E B H



In hoc schemate anguli cardinales sunt sunt BCD: collaterales sinistri EFG: collaterales dextri HK.

Velsi mavis retine figuram, prout ipse Lullius eam dispescuit.

II. Secunda figura insignitur litera T, quod est initium in dictione Triangulus.

III. Predicata respectiva hoc ipsum, quod sunt, aliorum esse dicuntur. Principium enim principiantis, principiatis, principiatiivi,

E principias

principiabilis, & principiatione dicitur. Idem de cæteris in hoc triangulo judicium esto. Hic principians dicit causam efficientem & actionem; principiatum, passionem & effectum; principiarivum, actum; principiabile, potentiam; principiatio, relationem ipsam.

IV. *Termini hujus figure de omnibus dicuntur suo modo, puta pro natura & conditione rerum.* Dicuntur enim primò de se invicem: deinde de prædicatis absolutis: postremò de omnibus entibus, cujus cuius illa fuerint classis.

**Nomina** • V. *Hac figura constat tribus triangulis: quorum primus vocatur per coparationem sive equiparationem, secundus per superpositionem, tertius per excessum & diminutionem.* Non potuit esse circularis, uti prima. Nam circulus dicit eandem terminorum habitudinem: ut in prima figura potui dicere, bonitas magna, durans, gloria, ordine scil. recto, in ter medio seu intercalari & retrogrado. Sed hic talis terminorum consequētia nō datur. Nō enim dicitur differentia concordans. Interim tamen secundū quoddā modos procedit ista consequētia. Dicitur enim principiū bonum, differens a magno: item finis magnus concordans cum glorioſo.

V I. *Hec figura constat acutis angulis, qui primam figuram ab omnibus angulis penetrabim subiunguntur.*

*subintrant.* Hinc differētia est inter bonum & bonum, bonum & magnum: contraries inter bonum & malum: videlicet inter bonum sensile & intelligibile, intelligibile & intelligibile, ut videre est è scalâ secundâ figuræ.

VII. *Pradicata hujus figura penetrant & complectuntur subjecta sumta, cùm abolutè, tūm denominative: absolutè, ut Deus, caro, Angelus, Homo: denominative, ut divinum, celeste, angelicum, humanum.*

## CAPUT IV.

## De Tertia figura.

Tertia figura est copulario prima cum secunda. Tertia figura, ideoq; facit ad dñe, iav & gottorw. r.a.

Schema ejus tale est.

BC	CD	DE	EF	FG	GH	HI	IK
BD	CE	DF	EG	FH	GI	HK	
BE	CF	DG	EH	FI	GK		
BF	CG	DH	EI	FK			
BG	CH	DI	EK				
BH	CI	DK					
BI	CK						
BK							

E 2 Canos.

## Canones.

- Varii modi  
combina-  
tionis.*
- I. Pro subiecto sumatur terminus absolutus, propredicato item absolutus: ut bonitas magna.
  - II. Uterque terminus sit respectivus ut distetia principians, concordantie medians.
  - III. Subiectum sit terminus absolutus, & predicatum, respectivus: ut bonitas differens.
  - IV. Subiectum sit terminus respectivus, & predicatum absolutus: ut differentia bona.
  - V. Quatuor isti modi si multiplicantur:
    1. Substantire & adiectire: ut bonitas magna, magnitudo bona.
    2. Adiective: ut bonum magnum.
    3. Componendo subiectum, ut constet ex absoluto & respectivo: ut magnitudo differens est bona; vel ex duobus absolutis: ut bonitas magna est durans & differens.
    4. Componendo predicatum: ut concordan-  
tia est magni bonum.
    5. Componendo subiectum & predicatum: ut, concordantia principians est magnum bonum. *Quia compositio duplíciter fit: vel utrisque sumis in recto, vel altero in recto, altero in oblique casu: ut differentia principiantis: item relati-  
vusque in concreto sumis, vel altero sumis in con-  
creto, altero in abstracto, vel utrisque in abstracto:  
ut magnū bonum, magnū boni, magnitu-  
do boni, magnitudo bona, magnitudo bo-  
nitatis: itē utrumq[ue] accepto abstractive: ut, magni-  
tudo*

tudo & bonitas sunt principia. Neq; enim dicere possum, magnitudo est bonitas.

VI. Lullius secundum dictas latitudines quatuor modis descendit ab universali ad particulare. *Ratio de-*  
*Primo*, à terminis figure prima vel secunda per *secundi* *Lullio usita-*  
*terminos figura prima vel secunda limitatis: ut* *ta.*  
*differentia bona.* Hic terminus secundæ figuræ  
 limitatur per aliud terminū primæ figuræ.  
 Sic *bonitas differens*; Hic terminus prima fi-  
 guræ limitatur per terminum secundæ figu-  
 ræ. Sic *principium differens*; hic terminus se-  
 cundæ figuræ limitatur per aliud terminum  
 ejusdem figuræ. Secundò terminis in sua  
 generalitate sumis et que illimitatis fit *contractio*  
 per *scalam*: differentia bona inter sensuale  
 & intellectuale. Tertiò ab angulis scâlæ illimi-  
 tatis fit *contractio per exemplum*: ut differentia  
 bona inter sensuale, quod est ignis, & sen-  
 suale, quod est aqua. Quartò ab angulis penè  
 subalterne *contractio ad eostim specialissime con-*  
*tractos*: ut bona contractetas, quæ est inter  
 sensibile, quod est ignis in pipere, & sensi-  
 bile, quod est aqua in cucurbita. Ecce quæ  
 admodum deducto duodenario prædictæ  
 latitudinis per ipsius altitudinis quaterna-  
 riū, 48. in qualibet cameratibi occurrant  
 propositiones: 64. deducto eorum sexde-  
 nario; & longè plures, si major numerus  
 deducatur, qui quidem tum dictis augeri  
 valet differentiis, cum etiam ieiuniorum,

& homogeneorum terminorum adjectio-  
ne multiplici, adeo ut prius tempus te de-  
ficiat, quam propositionum congeries.

VII. Hanc figuram facilimè memoria man-  
*Triplex pro-*  
*gratiæ tercia figura* est plana, supra expressa ex Lul-  
*lio. Secunda est perpendicularis hoc modo.*

bc	bd	be	bf	bg	bh	bi	bk
cd	ce	cf	cg	ch	ci	ck	
de	df	dg	dh	di	dk		
ef	eg	eh	ei	ek			
fg	fh	fi	fk				
gh	gi	gk					
hi	hk						
ik							

Tertia progresio est transversalis: ut

bk	ck	dk	ek	fk	gk	hk	ik
bi	ci	di	ei	fi	gi	hi	
bh	ch	dh	eh	fh	gh		
bg	cg	dg	eg	fg			
bf	cf	df	ef				
be	ce	de					
bd	cd						
bc							

*Utilitas combinacionum pate-  
tionum* scet è sequenti exemplo. Sumas, e.g. BC.  
quæ elementa ambo reperis in prima & se-  
cunda figura. B significat Bonitatem & dif-  
ferentiam. c. Magnitudinem & concor-  
dantiam.

dantiam. Jam quatuor istos terminos combina juxta canones hujus capituli 1. 2. 3. 4. 5. Nam primum subjectum sume substantivè: ut, differentia bona, differentia magna, differentia concordans. Sunt tres propositiones. Secundo, sume alterum terminum itidem substantivè: ut, concordantia bona, concordantia magna, concordantia differens. Sunt iterum tres propositiones. Tertiù dic: bonitas magna, bonitas concordans, bonitas differentia. Sunt iterum tres termini. Quartò dic: magnitudo bona, magnitudo concordans, magnitudo differens. Sunt iterum tres. Et sic sunt in universum duodecim. Si jam eo modo progediatis, ut subjectum sumas adjectivè, habebis 24. Si pergas, & sumas subjectum in casu recto, habebis 36. Si ulterius cum hisce quatuor, procedas ut anteà, & sumas subjectum abstractivè, habebis 48. Eodem modo facies cum prædicato. Hac ratione multiplicabis terminos in infinitum.

## CAPUT V.

## De quarta figura.

**Q**uartæ figura tribus constans circuitu tres Quartæ figuræ præcedentes complectitur figuræ, estq; ad quartam.

E 4 tavula

71      THESAURUS ARTIS

*tabula magnæ constructionem ordinata: cuius opo-*  
*penitus in arte, solutiones & argumenta ad unum*  
*idemq; problema infinitū modū multiplicare po-*  
*terit. Hac de re vide Brunum in specierum*  
*scrutinio cap. 6. per totum.*

---

C A P U T   VI.

D e tabula magna.

*Tabula  
magna.*

D E tabula magna vide Brunum d.l.c.7.  
per totum, & cap. 8. apud eundem vi-  
de, quā tabula memorias mandanda.

---

C A P U T   VII.

D e Quæstionibus.

Q Uæstiones sunt numero decem, ad  
quas cæteræ omnes reducuntur. A-  
liæ vocantur regulæ: quia quemadmo-  
dum omnia vocabula quinque declina-  
tionum regulis ambiuntur: ita in istis de-  
cem quæstionib; omnes includuntur. Et  
hæ sunt, quæ omnia illustrant, & quasi co-  
lorant, quarum quidem quatuor priores  
sunt essentiales seu substantiales; re-  
liquæ septem acci-  
dentales.

S E C T I O

## S E C T I O VI.

*De Gymnasio artis Lulliane.*

## C A P U T I.

Summa dicendorum.

**H**ucusque systema artis Lulliane, de quo plenius apud Lullum & Brunum: sequitur ipsum Gymnasiū, de usū hujus artis. Gymnasiū partes duæ sunt: prima est de terminorum extensione & multiplicatione, secunda de eorundem applicatione.

## C A P U T II.

De multiplicatione terminorum.

**P**rima pars Gymnasiū agit de terminorū multiplicatione, sive amplificatione, qua ars minima in modum adjuvatur. e.g. si dicendum sit de cœlo, percurro requirita cœli hinc indicata, per negationem & affirmationem.

Amplificatio ista ostendenda est.

- |  |   |
|--|---|
| I. In subjectu.                                | <small>Prima pars Gymnasiū.</small>     |
| II. In predicati absolute prime figure.        | <small>Amplificatio terminorum.</small> |
| III. In predicatione reflexiva secunda figure. |   |

E 5 IV. In

- IV. In teria figura.  
V. In quarta figura.  
VI. In questionibus, se regulis.

## C A P U T III.

De primo subiecto B, quod  
est Deus.

*Multiplica-* Primum subiectum est Deus, qui conside-  
*tio primi* ratur in eis & in actionibus  
*Subiecti ē* Ibi est unitas essentie, & Trinitas persona-  
*Theologia.* rum.

*Catalogus* Ad unitatem essentiae pertinent proprietates es-  
*attributo-* sentiales: quarum alia sunt negantes, alia affir-  
*rum divi-* mantes.

*norum.* Negantes sunt, quae à Deo removent omnem  
imperfectionem.

Imperfectionis omnis est à causis, & circumstan-  
tia.

A Deo removentur causæ cum interna, sum ex-  
terne.

Causas internas de Deo negat simplicitas: quæ  
negat omnem compositionem, ex esse &  
essentia, natura & supposito, actu & po-  
tentia, genere & differentia, materia & for-  
ma, subiecto & accidentibus.

Causas externas negat immutabilitas.

Circumstantiam loci à Deo removet immensi-  
tas, temporis, aeternitas.

Proprie-

*Proprietates affirmantes sunt, quæ de Deo e-  
nunciant perfectiones per excellentiam.*

*Perfectio autem est vel intellectus, vel voluntati-  
tis, vel potentia agendi.*

*Perfectio intellectus in Deo dicitur omniscienc-  
ia, sive omnis sapientia.*

*Perfectio voluntatis est, cùm veritas, sumbo-  
ritas.*

*Perfectio potentia executiva dicitur omnipo-  
tentia.*

*Horum omnium necessarium consequens est  
Beatus, quæ est Gloria & Gaudium.*

*Trinitas personarum est, qua in una essentia Trinitas  
sunt tres personæ, Pater, Filius, & Spiritus sanctorum.*

*Sic Deus consideratur in se: in actionibus consi-  
deratur, quatenus attendantur eius actiones ante Actiones  
tempora, in tempore & post tempora. Dei.*

*Actiones Dei ante tempora sunt decreta, provi-  
dencia scilicet, & predestinationis.*

*Actiones Dei in tempore sunt opus creationis,  
redemptionis, & sanctificationis.*

*Actiones Dei post tempora sunt, Glorificatio, &  
damnatio.*

### Praxis.

**Q**UAM tibi dicendum est de Deo, si  
gula prædicata, cùm absoluta, cùm re-  
spectiva, quæstiones item & subjecta pote-  
ris de singulis hisce divinis titulis effere.  
exempli

exempligratia, non solū ostendes, quomodo Deus sit bonus ratione Angeli, Cœli, Hominis: sed etiam ejus simplicitatem, & reliquos titulos deduces. Nam omnia, quæ de Deo dicuntur, eadem, quæ Deus, recipiunt prædicata. Sic ubi suppeditatur immensa considerationis materia. Titulatum hujus subjecti sunt:

- |                       |  |
|-----------------------|--|
| 1. Unitas essentiae.  | 15. Decretum prædestinationis.           |
| 2. Simplicitas.       | 16. Creatio.                             |
| 3. Immutabilitas.     | 17. Redemptio.                           |
| 4. Immensitas.        | 18. Sanctificatio.                       |
| 5. Æternitas.         | 19. Glorificatio.                        |
| 6. Omnisscientia.     | 20. Damnatio.                            |
| 7. Veracitas.         | Ad hosce titulos, ve-                    |
| 8. Bonitas.           | luti locos commun-                       |
| 9. Omnipotentia.      | nes, omnia reducun-                      |
| 10. Beatitas.         | tur, quæ de Deo di-                      |
| 11. Pater.            | cuntur. Et singuli isti                  |
| 12. Filius.           | tituli deducuntur per                    |
| 13. Spiritus sanctus. | 14. Decretum propositum prædicata & quæ- |
|                       | dentiae.                                 |

*Secundum.*

CAPUT IV.  
De secundo subiecto C.  
quod est angelus.

**S**e cundum subjectum est angelus ubi multipli- Multiplicatio secundi  
**C**atior terminorum sit hoc modo: Angelus consi- subjecti ex  
deratur cum in genere, tum in specie. Pneumat.

In genere considerantur Angelorum proprie- ca.  
tis, que sunt negantes & affirmantes. Negantes Angelorum  
sunt. 1. Simplicitas, sed limitata. 2. Remotio lo- propria-  
ci & temporis, quibus mensurantur corporee sub- ter.  
stantie.

Affirmantes sunt, 1. Finiendo spiritualis. 2. Mo- tu  
tus celerrimus. 3. Summa vis intellectus. 4. Sum- ma vi voluntatis.

In specie Angelus est bonus, vel malus. In Ange- De Angelis  
gelo bono spectantur causa, propria & effecta & di- bonia.  
stinctio.

Causa efficiens bonitatis Angelorum est, cum  
principalis, gratia Dei electio, tum subordina-  
ta voluntas Angelorum & ad sensus permanendi  
insanctitate & justitia. Propria sunt bonum vir-  
tutis, & bonum conditionis.

Bonum virtutis respectu intellectus & voluntatis.  
Respectu intellectus est summa claritas & veri-  
tas notitia.

Respectu voluntatis est summus appetitus sum-  
miboni, & per consequens, boni a primo depen-  
denti.

Bonum conditionis est felicitas, que est gloria,  
& gaudium.

Effecta honorum Angelorum sunt, vel respectu  
Dei & respectu creaturarum.

Respectu Dei, est inestimabilis & perpetuæ di-  
vinitatis.

78      THE SAURUS ARTIS  
vini nominis predicatio. nec non celerrima expedi-  
tio omnium iussorum divinorum.

Respectu creaturarum effecta bonorum Angeli-  
rum sunt vel generalia, vel specialia:

Generalia sunt, que totum mundum concer-  
nunt. Suntque

1. Fovere, conservare & tueri omnes res contra  
Satanam.

2. Inundationes aquarum prohibere.

3. Vehementiores turbinez prohibere.

4. Venenatum in aere elevatum impeditre.

Specialia sunt respectu hominum, eorum quo  
vel bonorum, vel malorum.

In bonis sunt, respectu bonorum animi, corpo-  
ris, fortuna.

Respectu bonorum animi sunt ratione intelle-  
ctus, & voluntatis. \*

Ratione intellectus hoc est, quod eum illustrent,  
& ab obsessione Diaboli prohibeant, secundum  
Deum.

Ratione voluntatis hoc est effectum, quod eam  
defendunt, ne affectuum dominio instinctu diabo-  
li abripiatur.

Respectu bonorum corporis effecta sunt.

1. Ante partum facias haber rationem.

2. Post partum: integritatem membrorum, bo-  
num item calidi & humidi radicalis temperem  
servare adversus Diabolum.

3. In morte repellere vim Satanae.

4. Post mortem anima, gestare in finum A-  
braha:  
Respectu

*Respectu bonorum fortuna effecta sunt, eature  
ti, ne vel Diaboli fraude, vel aqua & ignis injuria  
pissimam eant.*

*Denique effecta bouorum angelorum respectu  
tyalorum hominum sunt, ut sceleratos puniant,  
atque ita sint executores sententia divinae adver-  
sus eos lata.*

*Diffluctio bonorum Angelorum sumitur 1. e  
gradibus. Alii sunt superiores, alii inferiores. Nam  
inter bonos Angelos est ordo. Ubi autem est ordo,  
ibidem prior & posterius.*

*2. Ex objecto. Alii prasunt integris regnū, aliis  
singulis hominibus.*

*Angelus malus sequitur: cuius considerantur De Angelis  
causa, propria, effecta, & diffluctio. malia.*

*Causa efficientis iijus malitia est tum  $\omega\gamma\eta\gamma$ -  
 $\mu\lambda\tau$ , tum  $\pi\gamma\kappa\alpha\tau\omega\lambda\mu\lambda\tau$ .*

*Causa megnitudinis est contentus Dei: proca-  
ractica, summa honor, quem se habituros spha-  
bant isti Angeli.*

*Propria sunt, malum virtutis & conditionis. Ma-  
lum est respectu intellectus, & voluntatis.*

*Respectu intellectus est obscuritas, & perplexi-  
tas, & dubitatio atq; confusio perpetua, quam malis  
angelis laborant.*

*Respectu voluntatis est 1. perpetua a bono aver-  
cio. 2. Odium, id q;*

*1. Erga Deum.*

*2. Erga bonos angelos.*

*3. Erga omnes Dei creaturas, in primis genus  
humanum, & maximè electos. 4. Er-*

4. Erga scipios. Nam angelus malus perpetuo quodam Livre aduersus socios sui ordinis infurgit.

Malum conditionis est infelicitas, puta ignomina & dolor.

Efecta sequuntur: eaq, vel vera, vel prestigia- toria.

Vera sunt respectu D<sup>ni</sup>, & creaturarum. Re- spectu Dei sunt 1. mendacium & perperua de Deo calunia 2. perpetua dirini nomini detestatio.

Respectu creaturarum sunt, vel respectus spiri- tualium, vel corporearum.

Respectus spiritualium sunt, vel quoad bonos an- gelos, vel inter se invicem. Namvis enim ipsi mali angelis inter se non pugnant aperto marte, clan- desinum tamen gerunt bellum, internaque inter seodium exercent.

Respectus corporearum creaturarum effecta Sa- tane sunt, vel erga irrationalis, vel erga rationa- les creature.

Erga rationales, odium & persecutio. Nam Diabolus cupit coeli & omnium elementorum sub- stanciam evertere, ordinata confundere, bona de- perdere.

Erga rationales creature, seu homines effecta sunt, vel generalia, vel specialia. Generalia sunt, quod cupiat,

1. Animam rationalem à corpore abripere.

2. Impedire potentiam intellectivam, voliti- vam & executivam.

3. Cor-

3. Corpus humanum ejusq; valetudinem variis modis ledere.

4. Eorum bonapेसum dare, honoriq; & fama per calumnias nocere.

5. Obsidere mentes & corpora hominum.

Speciaia effecta Satana sunt respectu electorum, & reproborum.

Respectu electorum est tentatio in fide, punitio, & bonis operibus.

Respectu reproborum sunt, cum dolosa, arcana & mira seductio a bono atque inducacio ad malum, tam executio judicis divini, in hac vita & post eam.

Sic de veris malorum angelorum effectis: sequuntur prestigatoria, qua quidem sunt infinita. Principia tamen species sunt, visiones, imagines, & persuasiones, quibus illudit sub mancipiis.

Difinitio angelorum malorum sequitur in suos ordines. Est enim alius veluti princeps, alii veri ejus ministri, itaq; innumerabiles.

### Praxis.

**N**on solum praesens subjectum, Angelus, deducatur per terminos artis, sed etiam omnia ea, quae hinc dicta sunt de Angelo. Nam ista omnia possunt habere locum subjecti. Suntque summariter hi tituli:

*Locus primus de Angelis in genere.*

- i. Simplicitas. temporis.
- ii. Negatio loci &c 3. Finitudo.

F 4. Mo-

4. Motus. 6. Summa vis vo-  
5. Summa vis in- luntatis.  
tellectus.

*Locus secundus de bonis Angelis.*

- |                     |                     |
|---------------------|---------------------|
| 1. Causa efficiens  | Dei.                |
| bonitatis Ange-     | 6. Effecta respectu |
| lorum.              | mundi.              |
| 2. Summa clari-     | 7. Effecta respectu |
| tas & veritas in-   | piorum.             |
| tellectus.          | 8. Effecta respectu |
| 3. Appetitus boni.  | impiorum.           |
| 4. Felicitas.       | 9. Distinctio co-   |
| 5. Effecta respectu | tum.                |

*Locus tertius de malis Angelis.*

- |                       |                       |
|-----------------------|-----------------------|
| 1. Causa efficiens    | 8. Effecta erga irra- |
| malitia.              | tionales creatu-      |
| 2. Vitium intelle-    | ras.                  |
| ctus.                 | 9. Effecta erga ho-   |
| 3. Vitium volun-      | mines.                |
| tatis.                | 10. Effecta ratione   |
| 4. Infelicitas.       | piorum.               |
| 5. Effecta ratione    | 11. Effecta ratione   |
| Dei.                  | impiorum.             |
| 6. Effecta ratione    | 12. Effecta præsti-   |
| bonorum ange-         | giatoria.             |
| lorum.                | 13. Distinctio.       |
| 7. Effecta intersece. |                       |

Ex

Ex his videre est, quomodo fiat contemplationis sive terminorum Lullianorum per hosce titulos methodice à nobis digestos extensio.

## CAPUT V.

## De tertio subjecto D, Cœlum.

**T**ertiū subjectū, quod ē Cœlum, extendit *Multiplicitas*: & multiplicat considerationem atque concēptus per totam Astronomiam. Huc igitur pertinent omnia, quæ occuruntur

1. In Sphera, cuius pricipia studiū sunt: *Sphera*.

I. Orbēs undēcim,	nāles & meridionāles.
Cœlum beatōrum.	III. Motus orbium.
Primum mobile.	IV. Circuli, ut sunt.
Cœlum nonūm.	Horizon.
Sphēra octava.	Meridianus.
Septem orbēs planetarū: sed recentiores cōputant 11. planetas.	Zodiacus.
II. Stellæ fixæ, sunt: que	Aquator.
Signa Zodiaci.	Duo coluti.
Stellæ Septentrio-	Duo tropici.
	Duo polares.
	V. Cœlicardines.
	VI. Zonæ quinque.
	F 2 Temporæ.

§4 THE SAURUS ARTIS.

Temperata septen- Frigida septentrio-  
trionalis. nalis.  
Téperata meridio- Frigida meridiona-  
nalis. lis.  
Intéperata torrida.

Theoria  
Planetarii.

II. In theoria planetarum cuius pre-  
cipui tituli sunt:

- |   |   |
|---|---|
| 1. Orbis eccentricus.                             | Amici vel inimici.                      |
| 2. Orbis concentricus.                            | Aspectus Planetarum, ut sunt            |
| 3. Apogeū, seu aux.                               | Sextilis                                |
| 4. Perigeum.                                      | Quadratus                               |
| 5. Positiones Planetarum, unde planetae dicuntur, | Trinus                                  |
| Directi vel, retrogradi.                          | Oppositus                               |
| Tardi vel veloces.                                | Coniunctio.                             |
| Ascendentes vel descendentes                      | 7. Theoria Saturni.                     |
| Aucti lumine, vel deminuti.                       | 8. Theoria Jovis                        |
| Orientales vel Occidentales.                      | 9. Theoria Solis, ubi de ejus eclipsis. |
|   | 10. Theoria Veneris.                    |
|   | 11. Theoria Mercurii.                   |
|   | 12. Theoria Lunæ, ubi de ejus ecliptie. |

Computo.

III. In computo, ubi hi substituli:

- |                     |            |
|---------------------|------------|
| 1. Naturæ temporis. | scrupulum. |
| 2. Minutum seu      | 3. Ho-     |

- |                    |                    |
|--------------------|--------------------|
| 3. Hora, ubide ho- | 12. Computus Ju-   |
| rologiis.          | daicus.            |
| 4. Dies.           | 13. Computus Chri- |
| 5. Septimana.      | stianus.           |
| 6. Mensis.         | 14. Computus Pon-  |
| 7. Annus.          | tificius.          |
| 8. Epochæ.         | 15. Computus gen-  |
| 9. Computus Astro- | tilis.             |
| nomicus.           | 16. Computus Po-   |
| 10. Computus Me-   | liticus.           |
| dicus.             | 17. Calendarii fa- |
| 11. Computus Ec-   | brica & usus.      |
| clesiasticus.      |                    |

*IV. IN Astrologia iudicarialicita,  
cuius tituli sunt:*

1. Prognostica tempestatum. 2. Erectiones thematum, de hominis temperamento & studiis, quatenus à cursu caeli dependunt.

BIBLIOTHECA UNIVERSITATIS VENETICAE. LIBRARIUS. 1750. 1751. 1752. 1753. 1754. 1755. 1756. 1757. 1758. 1759. 1760. 1761. 1762. 1763. 1764. 1765. 1766. 1767. 1768. 1769. 1770. 1771. 1772. 1773. 1774. 1775. 1776. 1777. 1778. 1779. 1780. 1781. 1782. 1783. 1784. 1785. 1786. 1787. 1788. 1789. 1790. 1791. 1792. 1793. 1794. 1795. 1796. 1797. 1798. 1799. 1800. 1801. 1802. 1803. 1804. 1805. 1806. 1807. 1808. 1809. 1810. 1811. 1812. 1813. 1814. 1815. 1816. 1817. 1818. 1819. 1820. 1821. 1822. 1823. 1824. 1825. 1826. 1827. 1828. 1829. 1830. 1831. 1832. 1833. 1834. 1835. 1836. 1837. 1838. 1839. 1840. 1841. 1842. 1843. 1844. 1845. 1846. 1847. 1848. 1849. 1850. 1851. 1852. 1853. 1854. 1855. 1856. 1857. 1858. 1859. 1860. 1861. 1862. 1863. 1864. 1865. 1866. 1867. 1868. 1869. 1870. 1871. 1872. 1873. 1874. 1875. 1876. 1877. 1878. 1879. 1880. 1881. 1882. 1883. 1884. 1885. 1886. 1887. 1888. 1889. 1890. 1891. 1892. 1893. 1894. 1895. 1896. 1897. 1898. 1899. 1900. 1901. 1902. 1903. 1904. 1905. 1906. 1907. 1908. 1909. 1910. 1911. 1912. 1913. 1914. 1915. 1916. 1917. 1918. 1919. 1920. 1921. 1922. 1923. 1924. 1925. 1926. 1927. 1928. 1929. 1930. 1931. 1932. 1933. 1934. 1935. 1936. 1937. 1938. 1939. 1940. 1941. 1942. 1943. 1944. 1945. 1946. 1947. 1948. 1949. 1950. 1951. 1952. 1953. 1954. 1955. 1956. 1957. 1958. 1959. 1960. 1961. 1962. 1963. 1964. 1965. 1966. 1967. 1968. 1969. 1970. 1971. 1972. 1973. 1974. 1975. 1976. 1977. 1978. 1979. 1980. 1981. 1982. 1983. 1984. 1985. 1986. 1987. 1988. 1989. 1990. 1991. 1992. 1993. 1994. 1995. 1996. 1997. 1998. 1999. 2000. 2001. 2002. 2003. 2004. 2005. 2006. 2007. 2008. 2009. 2010. 2011. 2012. 2013. 2014. 2015. 2016. 2017. 2018. 2019. 2020. 2021. 2022. 2023. 2024. 2025. 2026. 2027. 2028. 2029. 2030. 2031. 2032. 2033. 2034. 2035. 2036. 2037. 2038. 2039. 2040. 2041. 2042. 2043. 2044. 2045. 2046. 2047. 2048. 2049. 2050. 2051. 2052. 2053. 2054. 2055. 2056. 2057. 2058. 2059. 2060. 2061. 2062. 2063. 2064. 2065. 2066. 2067. 2068. 2069. 2070. 2071. 2072. 2073. 2074. 2075. 2076. 2077. 2078. 2079. 2080. 2081. 2082. 2083. 2084. 2085. 2086. 2087. 2088. 2089. 2090. 2091. 2092. 2093. 2094. 2095. 2096. 2097. 2098. 2099. 20100. 20101. 20102. 20103. 20104. 20105. 20106. 20107. 20108. 20109. 20110. 20111. 20112. 20113. 20114. 20115. 20116. 20117. 20118. 20119. 20120. 20121. 20122. 20123. 20124. 20125. 20126. 20127. 20128. 20129. 20130. 20131. 20132. 20133. 20134. 20135. 20136. 20137. 20138. 20139. 20140. 20141. 20142. 20143. 20144. 20145. 20146. 20147. 20148. 20149. 20150. 20151. 20152. 20153. 20154. 20155. 20156. 20157. 20158. 20159. 20160. 20161. 20162. 20163. 20164. 20165. 20166. 20167. 20168. 20169. 20170. 20171. 20172. 20173. 20174. 20175. 20176. 20177. 20178. 20179. 20180. 20181. 20182. 20183. 20184. 20185. 20186. 20187. 20188. 20189. 20190. 20191. 20192. 20193. 20194. 20195. 20196. 20197. 20198. 20199. 20200. 20201. 20202. 20203. 20204. 20205. 20206. 20207. 20208. 20209. 20210. 20211. 20212. 20213. 20214. 20215. 20216. 20217. 20218. 20219. 20220. 20221. 20222. 20223. 20224. 20225. 20226. 20227. 20228. 20229. 20230. 20231. 20232. 20233. 20234. 20235. 20236. 20237. 20238. 20239. 20240. 20241. 20242. 20243. 20244. 20245. 20246. 20247. 20248. 20249. 20250. 20251. 20252. 20253. 20254. 20255. 20256. 20257. 20258. 20259. 20260. 20261. 20262. 20263. 20264. 20265. 20266. 20267. 20268. 20269. 20270. 20271. 20272. 20273. 20274. 20275. 20276. 20277. 20278. 20279. 20280. 20281. 20282. 20283. 20284. 20285. 20286. 20287. 20288. 20289. 20290. 20291. 20292. 20293. 20294. 20295. 20296. 20297. 20298. 20299. 20200. 20201. 20202. 20203. 20204. 20205. 20206. 20207. 20208. 20209. 202010. 202011. 202012. 202013. 202014. 202015. 202016. 202017. 202018. 202019. 202020. 202021. 202022. 202023. 202024. 202025. 202026. 202027. 202028. 202029. 202030. 202031. 202032. 202033. 202034. 202035. 202036. 202037. 202038. 202039. 202040. 202041. 202042. 202043. 202044. 202045. 202046. 202047. 202048. 202049. 202050. 202051. 202052. 202053. 202054. 202055. 202056. 202057. 202058. 202059. 202060. 202061. 202062. 202063. 202064. 202065. 202066. 202067. 202068. 202069. 202070. 202071. 202072. 202073. 202074. 202075. 202076. 202077. 202078. 202079. 202080. 202081. 202082. 202083. 202084. 202085. 202086. 202087. 202088. 202089. 202090. 202091. 202092. 202093. 202094. 202095. 202096. 202097. 202098. 202099. 2020100. 2020101. 2020102. 2020103. 2020104. 2020105. 2020106. 2020107. 2020108. 2020109. 2020110. 2020111. 2020112. 2020113. 2020114. 2020115. 2020116. 2020117. 2020118. 2020119. 2020120. 2020121. 2020122. 2020123. 2020124. 2020125. 2020126. 2020127. 2020128. 2020129. 2020130. 2020131. 2020132. 2020133. 2020134. 2020135. 2020136. 2020137. 2020138. 2020139. 2020140. 2020141. 2020142. 2020143. 2020144. 2020145. 2020146. 2020147. 2020148. 2020149. 2020150. 2020151. 2020152. 2020153. 2020154. 2020155. 2020156. 2020157. 2020158. 2020159. 2020160. 2020161. 2020162. 2020163. 2020164. 2020165. 2020166. 2020167. 2020168. 2020169. 2020170. 2020171. 2020172. 2020173. 2020174. 2020175. 2020176. 2020177. 2020178. 2020179. 2020180. 2020181. 2020182. 2020183. 2020184. 2020185. 2020186. 2020187. 2020188. 2020189. 2020190. 2020191. 2020192. 2020193. 2020194. 2020195. 2020196. 2020197. 2020198. 2020199. 2020200. 2020201. 2020202. 2020203. 2020204. 2020205. 2020206. 2020207. 2020208. 2020209. 2020210. 2020211. 2020212. 2020213. 2020214. 2020215. 2020216. 2020217. 2020218. 2020219. 2020220. 2020221. 2020222. 2020223. 2020224. 2020225. 2020226. 2020227. 2020228. 2020229. 2020230. 2020231. 2020232. 2020233. 2020234. 2020235. 2020236. 2020237. 2020238. 2020239. 2020240. 2020241. 2020242. 2020243. 2020244. 2020245. 2020246. 2020247. 2020248. 2020249. 2020250. 2020251. 2020252. 2020253. 2020254. 2020255. 2020256. 2020257. 2020258. 2020259. 2020260. 2020261. 2020262. 2020263. 2020264. 2020265. 2020266. 2020267. 2020268. 2020269. 2020270. 2020271. 2020272. 2020273. 2020274. 2020275. 2020276. 2020277. 2020278. 2020279. 2020280. 2020281. 2020282. 2020283. 2020284. 2020285. 2020286. 2020287. 2020288. 2020289. 2020290. 2020291. 2020292. 2020293. 2020294. 2020295. 2020296. 2020297. 2020298. 2020299. 2020300. 2020301. 2020302. 2020303. 2020304. 2020305. 2020306. 2020307. 2020308. 2020309. 2020310. 2020311. 2020312. 2020313. 2020314. 2020315. 2020316. 2020317. 2020318. 2020319. 2020320. 2020321. 2020322. 2020323. 2020324. 2020325. 2020326. 2020327. 2020328. 2020329. 2020330. 2020331. 2020332. 2020333. 2020334. 2020335. 2020336. 2020337. 2020338. 2020339. 2020340. 2020341. 2020342. 2020343. 2020344. 2020345. 2020346. 2020347. 2020348. 2020349. 2020350. 2020351. 2020352. 2020353. 2020354. 2020355. 2020356. 2020357. 2020358. 2020359. 2020360. 2020361. 2020362. 2020363. 2020364. 2020365. 2020366. 2020367. 2020368. 2020369. 2020370. 2020371. 2020372. 2020373. 2020374. 2020375. 2020376. 2020377. 2020378. 2020379. 2020380. 2020381. 2020382. 2020383. 2020384. 2020385. 2020386. 2020387. 2020388. 2020389. 2020390. 2020391. 2020392. 2020393. 2020394. 2020395. 2020396. 2020397. 2020398. 2020399. 2020400. 2020401. 2020402. 2020403. 2020404. 2020405. 2020406. 2020407. 2020408. 2020409. 2020410. 2020411. 2020412. 2020413. 2020414. 2020415. 2020416. 2020417. 2020418. 2020419. 2020420. 2020421. 2020422. 2020423. 2020424. 2020425. 2020426. 2020427. 2020428. 2020429. 2020430. 2020431. 2020432. 2020433. 2020434. 2020435. 2020436. 2020437. 2020438. 2020439. 2020440. 2020441. 2020442. 2020443. 2020444. 2020445. 2020446. 2020447. 2020448. 2020449. 2020450. 2020451. 2020452. 2020453. 2020454. 2020455. 2020456. 2020457. 2020458. 2020459. 2020460. 2020461. 2020462. 2020463. 2020464. 2020465. 2020466. 2020467. 2020468. 2020469. 2020470. 2020471. 2020472. 2020473. 2020474. 2020475. 2020476. 2020477. 2020478. 2020479. 2020480. 2020481. 2020482. 2020483. 2020484. 2020485. 2020486. 2020487. 2020488. 2020489. 2020490. 2020491. 2020492. 2020493. 2020494. 2020495. 2020496. 2020497. 2020498. 2020499. 2020500. 2020501. 2020502. 2020503. 2020504. 2020505. 2020506. 2020507. 2020508. 2020509. 2020510. 2020511. 2020512. 2020513. 2020514. 2020515. 2020516. 2020517. 2020518. 2020519. 2020520. 2020521. 2020522. 2020523. 2020524. 2020525. 2020526. 2020527. 2020528. 2020529. 2020530. 2020531. 2020532. 2020533. 2020534. 2020535. 2020536. 2020537. 2020538. 2020539. 2020540. 2020541. 2020542. 2020543. 2020544. 2020545. 2020546. 2020547. 2020548. 2020549. 2020550. 2020551. 2020552. 2020553. 2020554. 2020555. 2020556. 2020557. 2020558. 2020559. 2020560. 2020561. 2020562. 2020563. 2020564. 2020565. 2020566. 2020567. 2020568. 2020569. 2020570. 2020571. 2020572. 2020573. 2020574. 2020575. 2020576. 2020577. 2020578. 2020579. 2020580. 2020581. 2020582. 2020583. 2020584. 2020585. 2020586. 2020587. 2020588. 2020589. 2020590. 2020591. 2020592. 2020593. 2020594. 2020595. 2020596. 2020597. 2020598. 2020599. 2020600. 2020601. 2020602. 2020603. 2020604. 2020605. 2020606. 2020607. 2020608. 2020609. 2020610. 2020611. 2020612. 2020613. 2020614. 2020615. 2020616. 2020617. 2020618. 2020619. 2020620. 2020621. 2020622. 2020623. 2020624. 2020625. 2020626. 2020627. 2020628. 2020629. 2020630. 2020631. 2020632. 2020633. 2020634. 2020635. 2020636. 2020637. 2020638. 2020639. 2020640. 2020641. 2020642. 2020643. 2020644. 2020645. 2020646. 2020647. 2020648. 2020649. 2020650. 2020651. 2020652. 2020653. 2020654. 2020655. 2020656. 2020657. 2020658. 2020659. 2020660. 2020661. 2020662. 2020663. 2020664. 2020665. 2020666. 2020667. 2020668. 2020669. 2020670. 2020671. 2020672. 2020673. 2020674. 2020675. 2020676. 2020677. 2020678. 2020679. 2020680. 2020681. 2020682. 2020683. 2020684. 2020685. 2020686. 2020687. 2020688. 2020689. 2020690. 2020691. 2020692. 2020693. 2020694. 2020695. 2020696. 2020697. 2020698. 2020699. 2020700. 2020701. 2020702. 2020703. 2020704. 2020705. 2020706. 2020707. 2020708. 2020709. 2020710. 2020711. 2020712. 2020713. 2020714. 2020715. 2020716. 2020717. 2020718. 2020719. 2020720. 2020721. 2020722. 2020723. 2020724. 2020725. 2020726. 2020727. 2020728. 2020729. 2020730. 2020731. 2020732. 2020733. 2020734. 2020735. 2020736. 2020737. 2020738. 2020739. 2020740. 2020741. 2020742. 2020743. 2020744. 2020745. 2020746. 2020747. 2020748. 2020749. 2020750. 2020751. 2020752. 2020753. 2020754. 2020755. 2020756. 2020757. 2020758. 2020759. 2020760. 2020761. 2020762. 2020763. 2020764. 2020765. 2020766. 2020767. 2020768. 2020769. 2020770. 2020771. 2020772. 2020773. 2020774. 2020775. 2020776. 2020777. 2020778. 2020779. 2020780. 2020781. 2020782. 2020783. 2020784. 2020785. 2020786. 2020787. 2020788. 2020789. 2020790. 2020791. 2020792. 2020793. 2020794. 2020795. 2020796.

## C A P U T   VI.

De quarto subiecto E, quod  
est Homo.

*Multiplicatio quarti subiecti ex Anthropologia.* **I**N homine considerabū. 1. Animam, ejusque ſa-  
culty. 2. Corpus, ejusque partes. 3. Unionem & communionem corporis & animae. 4. Partici-  
pationem cum omnibus subiectis. Homo enim  
est μικρός οὐρανοῦ.

## Praxis.

**I**Sta, quę in homine observanda dixi, per-  
curre, & deduc per predicatorum circu-  
ferentiam, & ita tibi ſuppeditabitur æter-  
na considerationis materia.

## C A P U T   VII.

De quinto subiecto F, quod  
est Imaginativum.

*Multiplicatio quinti subiecti ex Physica.* **Q**UINTUM subiectum est imaginativum, quod  
est intermedium inter hominem & ſenſium:  
vum: est quę veluti ~~litteras~~ aequaliter rationis,  
ut in equo, cane, & elephanto cum primis  
videre eſt. Et hoc subiectum extenditur  
per Superiora, tanquam principia, cauſas  
&

& objecta: & per inferiora, tanquam ejus fundamento, subjecta item & objecta.

## Praxis.

**A**B hoc subiecto dependet ratio multiplicis artis memorativæ, de qua supra thesauro nostro.

## C A P U T VIII.

De sexto subiecto G, quod est sensitivum.

**S**extum subiectum, quod est sensitivum, dilata-  
tur per proprias sensuum internorum & ex-  
ternorum species & differentias, per sensuum obje-  
cta, media, & organa: item per reliqua subiecta  
superiora & inferiora.

## Praxis.

**H**oc subiectum, ita ditatum, positum  
in centro circuli, ut discurrat circum-  
ferentiam terminorum, ipsius artis, innu-  
meras parit inventiones.

## C A P U T IX.

De septimo subiecto H,  
quod est vegetativum.

*Multiplica-*  
*tio septimi*  
*subjecti &*  
*Physica.*

**H**uius subjecti essentia vitalibus innititur potestio, pura appetitiva, attractiva, retentiva, digestiva, expulsive & productive.

Praxis.

**H**æc omnia & singula ad circumferentiam prædicatorum & quæstionum referantur, propter copiâ: item conferatur hoc subjectum cum superioribus & inferioribus subjectis. Etenim ratio subjecti superioris includit subjecti inferioris rationem, vel ut compositum, vel ut informatum, vel ut participans, vel ut participantum, vel ut agens, vel ut subjectum.

C A P U T X.

De octavo subjecto I, quod est elementativum.

*Multiplica-*  
*tio octavi*  
*objecti &*  
*Physica.*

**E**lementativum extenditur, 1. per prima principia, materiam, formam & privationem. 2. per quatuor elementâ: quorum consideranda relevant essentia qualitates, actus & circumstantia.

Praxis.

**I**sta posita in centro circuli, non medio. *Instru-*  
crem suppedant contemplâdi materiâ.

C A P U T XI.

De nono subjecto K, quod est Instrumentativum.

**I**nstrumentativum duplex est, naturale & morale. Naturale complectitur novem accidentis predicamenta. Nam hactenus tradita subiecta pertinent ad categoriam substantiarum. Variantur autem subjecta substantialia secundum praedicamenta accidentalia, vel affirmando, vel negando: id quod non est leve in hac arte.

Morale complectitur catalogum virtutum & viciorum, adeoq; omnia, quae continentur,

1. *Sub jure naturali*, quod est commune omni animalium generi.

2. *Sub jure gentium*, quod est commune omnibus hominibus.

3. *Sub jure civili Ethico*, quod est commune omnibus hominibus honeste vivere cipientibus.

4. *Sub jure civilia economia*, quod familiis gubernandis est accommodatum.

5. *Sub jure civili Politico*, quod omnibus nationibus, exceptus barbaris, est commune.

### Praxis.

DUPLX propositum instrumentativum in centro collocatum fortissimum reddit considerationis actum.

### C A P. XII.

### De multiplicatione primæ figuræ.

F 5 Sic

*Multiplica-* *Sic ostensa est amplificatio in subjecto: eadem*  
*tio prima si.* *Nunc ostendenda est in sequentibus, & quidem*  
*gura.* *omnium primum in figura.*

*Transcen-* *Pradicata absolute prima figura sunt tran-*  
*dentia que* *scendentia, non substantia, non accidentia; sed de*  
*simo.* *substantiis & accidentibus dicuntur affirmativa*  
*vel negativa, & omnia absolute predicata ad illa*  
*referuntur.*

*Considerantur autem multifariam.*

1. *In singulis disciplinis: ut bonitas consi-*  
*deratur theologicè, ethicè, metaphysicè.*

2. *Generaliter: ut si dicam de bonitate in*  
*genere.*

3. *Specialiter: ut si dicam de bonitate ho-*  
*minis.*

4. *Particulariter: ut si dicam de bonitate*  
*individui, puta Petri, Aristotelis.*

5. *Quatenus ducuntur per triangulos secunde*  
*figura, illiusq; scalam: in qua sunt gradus ge-*  
*neralissimi, subalterni, & specialissimi, can-*  
*quam supremi, medii, & infimi.*

6. *Quando peculiares rationes bonitatis, ma-*  
*gnitudinis, & ceterorum in medium afferun-*  
*tur.*

### C A P U T XIII.

#### De multiplicatione secundæ figuræ.

*Sequi-*

**S**equitur multiplicatio secunda figura, que fit, *Multiplicatio secunda figura.*  
 quando eius predicata respectiva ducuntur *figura.*


1. Per angulos suos: ut differentia animæ, quatenus refertur ad sensuale, vel intellecuale.
2. Per se invicem: ut differentia per principium, medium, finem.
3. Per primam figuram: ut differentia animæ ab aliis secundum magnitudinem, potestates, &c.
4. Per subjecta: ut differentia animæ à Deo, Angelo, & reliquis subjectis.

## C A P U T XIV.

## De multiplicatione tertiae figuræ.

**P**rima & secunda figura amplitudinem tertia *Multiplicatio tertie figura.*  
 complectuntur. Ejus enim elementa sub secundis significatione septem, hoc ordine. Verbi Gratia, B. continet. 1. Subiectum, Deus. 2. prædicatum absolutum, Bonitas. 3. prædicatum respectivum, Differentia. 4. Virtutem, Justitia. 5. Vitium, Avaritia. 7. Questionem, Utrum. Videamus ergo primum quadratum, seu cameram, BC.

1. Per duos terminos; quorum prior est quæstio, alter
1. Prædicatum absolutum: utrum sit bonitas?
2. Præ-



2. Prædicatum respectivum: utrum sit differentia?

3. Prædicatum respectivum quoad angulos scalæ: ut utrum sit differentia inter sensibile & sensibile.

II. Per tres terminos: ut differentia magna bonitatis, concordantia bona divinitatis.

III. Per quatuor terminos: utrum sit magna Dei bonitas, quid sit?

IV. Per quinq[ue] terminos: utrum sit magna bonitas justitia angelii: quid est angulum esse justum in magna bonitate?

V. Per sex terminos: quid est angelii justitiam esse in magna bonitate concordante?

VI. Per septem terminos: quid est angelii justitiam esse in magna bonitate concordante cum bonitate Dei?

VII. Per octo terminos, vel plures: quid est angelica justitia in magna differentia cum bonitate Dei, & concordantia cum bonitate hominis?

Hic modi per multas inflexiones Grammaticas, varioisque prædicandi modos referre ratiocinum foret. Lullius tamen simplicem multiplicationis modum in hac figura amat, & vocat evacuationem tertiarum figuræ. e.g. Camera BC, hoc modo evanescatur per duodecim propositiones:

Bonitas est magna: Bonitas est differens:  
Bonitas est concordans : Magnitudo est bona;

*Evacuatio  
tertiæ figu-  
re.*

**b**ona: Magnitudo est differens: Magnitudo est concordans: Differentia est bona: Differentia est magna: Differentia est concordans: Concordantia est bona: Concordantia est magna: Concordantia est differens. Secundò format 20. quæstiones, deducendo illas propositiones, per Utrum, Quid, &c. Tertiò affert definitiones terminorum, quæ possunt esse medii termini. Nam argumenta firma ducuntur è loco definitionis. Quartò affert varias terminations, videlicet per ivum, abile, & are: quæ sunt signa potentia activa & passiva, & actionis: quæ possunt esse media ad argumentandum. Bonitas enim probatur de subjecto per bonificativum esse, bonificabile esse, & bonificare. Quintò cameram B C. examinat per species quæstionum B C. & earum modos.

## Caput X.V

## De multiplicatione quartæ figuræ:

**A**mplitudo quartæ figurae est maxima. *Multiplicatio quartæ figurae.* Tractus enim inventionem mediū termini. Oblato namque problemate, subjectum referatur ad literam circuli exterioris, predicatum ad literam aliquam circuli interioris. Immotu hisce literis fiat inventio & multiplicatio mediū termini ē medium

*ximo circulo, qui volvatur his, ita ut ipsius elementa referantur ad elementum utriusque circuli.* Et hoc est, quod docent logici, argumenta esse ducenda à natura subjecti & prædicati. Exempli gratia. An mundus est æternus? reduc subjectum & prædicatum ad literas. Deinde tene definitionem utriusque. Ter-

*rio considera definitionem bonitatis, magnitudinis, atque ita deinceps, & mundi, & æternitatis. Multiplicantur enim argumenta, sicut circuli medioximi per sua significata conferantur cum utroque qua-*

*tionis extremo: adeò, ut omnia in omnibus liceat contemplari.* Anaxagoras enim

*nazagor. te &c dixit, omnia in omnibus confici. Idcirco aliquando accedens fornacem pistoris, & interrogatus, quid ibi facis? in celo sum dixit. Video enim in igne mortum angelicum, flammaam similem soli, & alia similia.*

## CAPUT XVI.

## De multiplicatione qua-

stionis, Utrum?

*Sequitur ultimus amplificationis modus in qua-*

*stionibus, quae sunt via ad omnia intelligibilia.*

*Multiplica- Quæstio, Utrum, multiplicatur per affir-*

*tio questo- mationem, negationem & dubitationem,*

*Utrum. &c*

& dilatatur dum refertur ad essentiam & omnia prædicata artis magnæ, Metaphysics, & Logice; ut, an Deus est, an est causa mundi efficiens, an ex materia mundum creavit, &c ita deducendo per librum primum Logices Ramæ : item Metaphysicam, an Deus est unus, verus, bonus: denique per artem magnam, an Dei bonitas est ipsius essentia, an est infinita?

## CAPUT. XVII.

## De multiplicatione quæstionis, Quid?

**Q**uestio. *Quid dilatatur per propriæ rei, Multiplica-*  
*per periphrases, metaphoras, defini-*  
*tiones, & descriptiones à singulis inven-*  
*tionis locis petitas, verbigratia. Quid est*  
*feneclus? est porrus malorum. Quid est*  
*Sol? Est oculus mundi. Huc pertinent defi-*  
*nitiones nominales, essentiales, causales; t-*  
*em, quid est in se, quid est in alio? quid ha-*  
*bet in se? quid in alio?*

## CAPUT XVIII.

De multiplicatione quæstio-  
nibus De quo, vel Ex quo?

*Multiplicatio-*  
*in quæstionibus*  
*de quo, vel*  
*Ex quo?*

Quæstio

**Q**uestio, *De quo*, extenditur ad significativa principia essentialia, origina-  
lia, intrinseca, extrinseca, efficientia, mate-  
rialia, primitiva, terminum a quo, compo-  
sitionem, item questionem cuius sit, item  
que cuius interfit.

## CAPUT XIX

De multiplicatione quæstio-  
nis, Quare?

*Multiplica-  
tio quæstio-  
nis Quare.* **Q**uestio *Quare* extenditur ad causas ef-  
ficientes naturales & voluntarias, per  
se & per accidens, itemque materiam, for-  
mam, & finem. Ratio: quia quæstio *quare*  
quarit de necessitate, cuius gradus depen-  
dent a quatuor causis. Ad causam efficien-  
tem referunt fatum, seu potius decretum  
Dei, imprudentia seu fortuna, Casum, cau-  
sus naturales & consilio agentes. Materia  
est prima vel secunda. Forma est generica  
vel specifica. Finis est mediatus, vel ultima-  
tus, ut in Scholis loquimur.

## CAPUT XX.

De multiplicatione quæ-  
stionis, Quantum:

Quæstio

**Q**uestio *Quantum* extenditur ad signi-  
ficandum Geometricè & Arithmeti-  
cè ; videlicet quantitatem molis : item  
quantitatem virtutis, & denique momen-  
tum cuiusque rei. Nam quælibet res pecu-  
liare habet momentum, quod vocant im-  
portantiam , quæ inquiritur per questio-  
nem quantum. Huc pertinet *partia, majo-*  
*ra, & minora.*

## CAPUT XXI.

De multiplicatione quæ-  
stionis, *Quale.*

**Q**uestio *Quale* amplificatur per ea, quæ  
traduntur in prædicamento qualita-  
tis: itemque per omnia quæ rea talē &  
qualem reddunt: ut sunt propria, similia,  
dissimilia.

## CAPUT XXII

De multiplicatione quæ-  
stionis *Quando.*

**Q**uestio *Quando* amplificatur per diffe-  
rentias temporis, de quibus int̄ catego-  
riæ *quando*. Item per durationem, quæ est *Quando*.  
transcendens. verbi gratia; quum quæro,  
quando Deus creavit tempus, vel cælum.

G Respond.

Respond. In principio, quod principium non est tempus. Deus enim mundum non creavit in tempore, sed cum tempore. Insuper amplificatur haec quæstio H per species quæstionis C & K: ubi sunt ejus constituentia & concomitantia.

## C A P U T   X X I I .

## De multiplicatione quæstionis Ubi?

*Multiplic. quest. Ubi.* **Q**uestio Ubi dilatatur per differentias loci, de quibus in categoria Ubi. Sed cum de Deo queritur, ubi fuerit antequam fieret, non responderetur per locum, sed vel per essentiam. Fuit ipse: vel per nescio, ut loquuntur, scit ipse. Insuper haec quæstio I amplificatur per species quæstionum C & K.

## C A P U T   X X I V .

## De multiplicatione quæstionis, Quomodo, &amp; Cum quo.

*Multiplic. quest.* **Q**uestio, Quomodo, amplificatur per propria & appropriata, per τὸ εἶναι & Quomo- operati, per τὸ ἐν οὐκτονίᾳ & in alio. Penetrat modo & Cum dosentis Metaphysicos, itemque Logicos, quo. Hinc

Hinc videre est, quomodo hujus facultatis latitudo complectatur amplitudinem Logicas & Metaphysicas. Etenim sicuti praedicata hujus artis superiora sunt terminis Metaphysicis & Logicis: ita & haec questiones iisdem aptari possunt, debent.

Cæterum litera K etiam complectitur questionem, Cum quo: que dilatatur per omnia, quæ habent rationem medii, signi, instrumenti, concurrentis, concomitantis, idem facientis & admittentis: adeo ut nihil hujus questionis lucem, & colorationem, quam vocant, effugiat.

## CAPUT XXV.

## De regula generali, quæ facit ad multiplicationem questionum.

**U**T questiones omnes & singulas habentem emulatas amplificare quæcas, deduc eas per M. servatio ad metaphysicor & logicos terminos: ut, utrum est multiplicata, quid est causa, qualis est causa. Cum primis accuratam prædicamentorum habebis rationem. Hac enim ratione quæres: an sit, quid sit res, &c. ratione substantiarum, quantitatis, qualitatis, & reliquarum, quæ sequuntur, categoriarum.

G A C A

## C A P U T    XXVI.

## Peroratio primæ partis Gymnasii.

**A**Tque hæc sufficient de Gymnasii artis Lullianæ parte prima: quā ita, opinor, concinnavi, ut in ista mediocritatē exercitatus in Philosophicis possit pervidere, quid emolumenti ex hac arte expectandum sit. Omnia enim, quæ Lullius tractat in arte brevi, in arte magna, in arbore scientiarum, in arte inventiva, in arte demonstrativa, in auditu Cabballistico (horum enim librorum una eademque est intentio; quamvis alius atque alius sit procedendi modus) omnina, inquam heic ita declaravimus, ut nihil à nobis sit prætermissum. Quod si exempla desideras, consule ipsum Lullium, quem nisi diligenter evolveris, nunquam aliquid laude dignum hac in arte præsteris.



## GYMNASII LULLIANI

Pars secunda.

## C A P U T    I.

Cohærentia hujus partis cū  
super-

superiori, & summa dicendo-  
rum.

**T**radita est prima gymnasii pars determino-  
rum artis hujus multiplicatione : sequitur <sup>Septem</sup> <sup>bra</sup> <sup>partis</sup> secunda, ubi tradenda est hujusdem artis applica- <sup>secunde Gy-</sup>  
tio, cuius septem sunt membra. <sup>mnaſi.</sup>

- I. Reminſcentia terminorum.
  - II. Multiplicationē usus.
  - III. Immeatio, seu penetratio.
  - IV. Mixtio.
  - V. Applicatio artis ad directionē memoria.
  - VI. Applicatio ejusdem ad directionem in-  
tellectus.
  - VII. Applicatio artis ad certam facultatem.
- De his ordine videbimus, si non ὥστε, ta-  
men οὐ Φῶς.

---

### C A P U T II.

De reminſcentia termino-  
rum in hac arte.

**T**ermini hujus artis ad unguem memorie sunt <sup>Termini</sup> <sup>artis, qui</sup> mandandi, ita quidem, ut recitari possint or- <sup>memorie</sup> <sup>sunt man-</sup> dinē recto, intermedio seu intercalari, & retrogra- <sup>dandi?</sup>  
do; itemq; consequenter seu uniformiter, ut Deus, dicitur;  
Angelus, cælum; & descendendo seu multifor-  
muer, ut Deus, Quantitas, Justitia.

G 3 Hoc

Hoc autem præstari potest adminiculō cubiculorum, de quibus in thesaurō artis mnemologica, itemque supra in systema arte artis.

## CAPUT III.

## De usu multiplicationis.

*Multiplica-* **M**ultiplicatio seu amplificatio terminorum *vionis ne-*  
*cissit, mo-* in hac arte usque ad eā est necessaria, ut vel  
*dum, Grujus.* sola ei maximam feneretur lucem. Eam ob causam ejus rationem descripsumus fusius in prima hujus gymnaſii parte. Heic eisdem usum indigetare fert animus.

Est autem multiplicatio

1. *Subiectorum.*
2. *Prædicatorum.*
3. *Questionum.*

*Multiplica-* **M**ultiplicatio subiectorum fit per arbores sive *tabulas.* Nam omnia, quæ dici possunt de Deo, Angelo, coelo & reliquis subiectis debent ita disponi, ut repræsentent arbores sive tabulas. Quilibet autem hujus artis studiosus suo hac in parte abundare potest sensu & hujuscemodi tabulas proprio Marte confidere, retinendo singulorum subiectorum subtitulos à nobis expreslos

Uſus hujus multiplicationis ita habet. Quoties dicendum est aliqua de re, necelium est

est illam reducere ad suum subjectum. *De quolibet enim argūmento*, ait Philosophus, *judicatur à propria sede*. Quum verò unius, ejusdemque subjecti subtūli maximam inter se habeant vel affinitatem vel cognitionem, est operæ pretium eos inter se conferre, ut, hac ratione discursus ad infinitatē proprius accedat. exempli gratia, vis dicere de Deo? Hic non solum considerabis istud subjectum, sed ejus titulos & subtūlos considerabis, & per prædicata atque questiones deduces, considerabis, inquam, Dei essentiam, considerabis personas divinas, actiones, & similia, de quibus ea enunciabitis, quæ in prima & secunda figuris sunt proposita. *De reliquis subjectis idem esto judicium.*

*Multiplicatio predicatorum fit per abacos;* *Multiplicatio predicatorum* vide apud Agrippam, & Tholozanum. Colligendi scilicet sunt termini extremitati, id est, synonyma, cognata, & antitheta seu repugnantia, v.g. Bonitas. Communicatio. Nobilitas. Honestas. Utilitas. Malitia. *Usus hujus multiplicationis talis est,* sspè prima fronte non appetet, quomodo bonitas, sapientia, virtus, & similia prædicta de realiua enunciantur, nisi synonyma, cognata & repugnancia addantur. Deinde & hæc multiplicatio promoveret discursus dñejav. Neque enim bonitas sim-

G 4 pliciter

pliciter ut sonat vocabulum enunciati debet de pace, sed addenda sunt cognata & repugnantia; prout utilitas, jucunditas, & alia ejusdem classis. Et haec talis prædicatorum per abacos multiplicatio est singulare subsidium ad copiam verborum comparandam. *Multiplicatio questionum*, qui fiat superpræmonimus.

*Eius usus est*, ut extempore possimus multas afferre in medium questiones, & ad illas respondere variis modis.

#### C A P U T IV.

##### De immeatione.

*Immeatio, seu penetratio in hac arte quid sit*

*I*mmeatio seu penetratio est, qua unius figure termini de se invicem prædicantur. Ea est

1. *Subjectorum.*
2. 3 *Predicatorum, tamen absolutorum, quam respectivorum.*

##### 4. *Questionum.*

*Immeatio subjectorum fit per sigillum Universitatis & Encyclopedie.*

*Sigillum universitatis.*

*Sigillum universitatis est modus, quo omnia de omnibus dicuntur. e. g. dicturus de Deo, considerabit cælum, Angelum, hominem: dicturus de homine, cum potest comparare bullæ, flori, lupo, ovi. :*

*Sigillum encyclopedie.*

*Sigillum encyclopedie est modus, quo unum subje-*

*subjectum deducitur per varias disciplinas. Sic v.g. homo consideratur Theologicè, Physicè, Ethicè. Res considerata est eadem, sed modus considerandi est alius atque alius.*

*Immeatio predicatorum absolutorum est re. Immeatio reciproca. Dico enim, bonitas est magna, du-  
predicatorum  
ab solutorum  
rans, potens, &c contrà.*

*Immeatio predicatorum respectivorum est Immeatio turbata. Neq; enim ordine telle penetrant, predicatorum  
dicendo, differentia est concordans, con-  
traria: sed per saltum, ut differentia est prin-  
cipians, principium est differens.*

*Immeatio questionum est reciproca. Nam Immeatio una alteram juvat. v.g. an homo est? Affit-  
questionum.  
matur è quæstione quid: quia definitur. Si  
definitur, utique est.*

## CAPUT V.

## De mixtione.

**M**ixtio est vel figurarum inter se vel que- Mixtio  
fionum cum figuris. quid &  
quonplex.

*Mixtio figurarum inter se est, quia predicata  
absoluta prima & respectiva secunda figure se  
invicem penetrant. Verbigratia, dicturus de  
homine, non solum considerabit ejus bo-  
nitatem magnam & durantem in prima fi-  
gura, sed etiam bonitatis istius differētiām,  
concordantiam, principium in secunda.*

G 5 Mixtio

*Mixtio questionum est, quâ illa miscenter cum  
subjecto & predicatione ut, sunt duo termini  
Mundus      Æternus.*

Subjecto præfigantur quæstiones, ita ut  
singula deducantur per singula prædicata,  
& unum prædicatum per reliqua. Quia  
multiplicationis ratio supra quam credas  
est fœcunda, hoc scilicet modo: An mun-  
dus est æternus? Quid est mundi æternitas?  
Quotuplex, De quo item, an mundi æter-  
nitas est bona, si est æternus? An dissentia  
bonitate æternitatis Dei?

## C A P U T VI.

De Applicatione ad memo-  
riam & reminiscientiam.

- |   |  |
|---|--|
| <i>Artis appli-<br/>cationis est<br/>triplex.</i> | <b>A</b> pplicatio artis est triplex.  |
|   | I. Ad memoriam & reminiscientiam.<br>II. Ad discursus sive disputationem.<br>III. Ad faultatem cui aliquis est deditus.  |
| <i>Applicatio<br/>artis ad me-<br/>moriem.</i>    | Applicatio ad memoriam & reminiscientiam<br>hos habet canones:   |
|   | I. Ea, que ediscere cupimus, composita sunt vel à<br>nobis, vel ab aliis, sive vel Lullistis, vel Aristotelicis,<br>vel Ramenis.<br>II. Que à nobis composita sunt, itemq; Lullistis,<br>facilius edisci possunt. In iis enim observata<br>est methodus ab ipso Lullio præscripta.<br>III. Que |

III. Quæ ab Aristotelicis composita sunt, ediscuntur vel adminiculo terminorum Logicorum Peripateticorum & observatione methodi Peripatetica, vel per literas hujus artis: ut infra indicabimus.

IV. Quæ à Rameis composita sunt ediscuntur, vel observatione artificii Logici, quo illigaudent, vel per literas hujus artis.

V. Per literas autem hujus artis ediscimus & res & verba, hunc in modum. Seligantur novem cubicula, & distinguantur in loca, & conceptus juxta precepta artis nostræ Mnemologicæ. Primum cubiculum prænoscitur literâ B, secundum literâ C, usq; ad K, inclusivè. Significata istarum literarum stent pro conceptibus insitris. Verbi gratia, C. significat Angelum, Magnitudinem, Concordiam, Quid. Angelus in primò pariete cum suis subtitulis suppeditabit loca 25. Totidem Bonitas cum suis synonymis & antithetis in pariete secundo. Idem judiciū esto de reliquis elementis, eorumque significatis. Quod si aliquid edificendum venit, fiat combinatio conceptuum insitorum & adventiciorum. Vide artem Mnemologicam supra satis superque expositam.

C. A.

## **CAPUT VII.**

## De applicatione ad discur- sum.

*Applicatio  
arcis ad dis-  
cursum.*

*June, de quibus discurrere possumus, videlicet terminus simplex, quæstio simplex, quæstio conjuncta.*

**Termini** Determino simbolici ita habendum. Oblato

*Simplis-  
termi-  
nus  
simplici-  
simpli-  
tructio-* *termino simplici eum deduces per termino-  
nosartis. velbi gratia. Hominis, Imperii,  
Justitiae considerabis bonitatem, magnitudinem, differuntiam. Eodem nempe modo,  
quo Logici praincipiant thema simplex  
deducere per locos inventionis: ut aquæ  
considd. causæ, effecta, subiecta, adjuncta,  
dissentanea. Et quidem haec exercitatio de-  
bet durare per mensim. Nam judicium  
compositorum pendet à judicio simplicium. His ita peractis, veniendum est ad se-  
lectionem, cuius ratio ita habet. Si disser-  
endum sit de aliquo termino simplici, de-  
le etius terminorum est habendus. Neque  
enim necessum est, ut politicus Germanus  
Imperii Romani considereret bonitatem,  
magnitudinem, principium, medium, & alia  
praedicata. Quin potius habebit ratio-  
nem, circumstantiarum, personatum scili-*

cer

et loci, & temporis, atque ita figet pedem vel in unico prædicto, vel ad summum duobus, quæ deducer per reliqua. Sic verbū gratia Imperii Romani differentiam, & concordantiam ostendet ab & cum aliis Imperiis.

*De questione simplici sic habendum.* Si occurrit *Tractatio* nis quæstio simplex tractanda, ea solvitur *questionis* vel è sua sede, vel ex aliis, sive extrinsecis locis.

E sua sede, quā solvantur quæstiones simplices ostendit Panacea nostra pag. 49. 50. 51. Ita ad quæstionem quid, respondeatur ē loco definitionis.

Ex aliis locis solvitur quæstio simplex, si omnia & singula prædicata accumulentur: ut, quid est mundus? Hic responderi potest à Bonitate, Magnitudine, Differentia. Quotuplex est anima? Hic responderi potest ē Virtute, Veritate, Principio, Medio, Fine.

*De questionis conjuncta trattatione agitur in Tractatio* nis Panacea Philosophica pag. 51. & seqq. Summatim hæc sunt tenenda. Dato in medium problemate, subiectum ejus reducendum est ad literam aliquam extreñi circuli in quarta figura, prædicatum ad literam minimi. Statibus ita immobilibus duabus his: teliteris characteristicis, volvendæ sunt litteræ mediæ circuli, & quidem singulæ pri-

mè

## 110 Thesaurus Artis

modo cum litera extremitati circuli, deinde cum litera minima conferenda sunt, ita ut quae libet litera consideretur cum quatuor suis significatis, puta subjectis, praedicatis absolute, praedicatis respectivis, & questionibus. Hoc scilicet est, quod Logici praeplicant, medium terminum peripolle à natura & subjecto & praedicati. Sumamus exemplum: An cœlum est æternum subiectum *cœlum* reducitur ad literam D. prædicatum *æternum* ad literam D itidem. Jam consideretur bonitas, magnitudo, duratio, principium, & similia in subiecto, & praedicato, hunc modum:

D		
An cœlum	est	Æternum?
4 B 4		
4 C 4		
4 D 4		
4 E 4		Quaternarius
4 F 4		significat quā-
4 G 4		libet literam
4 H 4		tot habere si-
4 I 4		gnificationes.
4 K 4		

En à natura subiecti possunt argumen-  
ta 36, quo faciunt quater novena. A natu-  
ra prædicati totidem. Summa LXXII. ar-  
gumenta principalia. Accessoria possunt  
esse

esse infinita. Nam unum principale multiplicatur iterum per terminos artis. Verum enim vero cum in ista multiplicatione sepe recurrat eadem argumenta, & verò in disputatione non sit certandum numero, sed pondere argumentorum, operæ pretium erit non tam colligere (ut jam docui) quam feligere argumenta. Itaque satis est unicam literam, ejusque significatum unum retinere pro argumento principali, quod deinceps per reliquos terminos deduci debet. Hic si velim probare negativā propria questionis, duco argumentum principale ex litera B figuræ secundæ, quæ significat differentiam, quam confero cum prædicato, A eternum. prædicatum namque est præcipuus questionis terminus. Hanc differentiam eternitatis deduco per reliqua artis principia, ut ita inventiam instantias. Unâ enim litera aliam juvat, ut ait author.

Lullianæ igitur Philosophiae candidatus in exercitio quartæ figuræ per bimestre plus minus se detineat. Varias questiones tractandas sumat. In charta scribat rationes utriusque partis, affirmativæ & negativæ, eas quidem collectas juxta ordinem literarum. De hinc habeat argumentorum delectum, eaq; in formam syllogisticam redigat. Bimestri clauso, non conjiciat amplius in chartam argumenta, sed mēte quotidie præster, quod anted præstitit manu.

CAPUT

## CAPUT VIII.

## De Applicatione artis ad singulas artes &amp; facultates.

*Applicatio  
artis ad cer-  
tam facul-  
tatem.*

**H**actenus tradita vel nihil, vel certè parum profane, ni accedat applicatio, terminorum ad eam, cui quilibet adductus est, artem & facultatem. Neq; enim putadum est, hanc artem solam, seipsa contentam, docere omni scibile. Ars ista continet terminos, qui sese habent veluti loca & conceptus insiti in arte memorativa. Loca ista & conceptus insiti non prosunt, nisi accedat conceptus adventus; qui si cōbinentur cū insitisi perficitur aclus memoriae & reminiscientia. Sicut igitur in arte memorativa requiritur cōbinatio conceptuum insitorum & perpetuorum: ita & hic requiritur applicatio terminorum Lullianorum ad terminos speciales. Iccircò hujus artis studiosus etiā atq; etiā cogitet, qui termini illi generales applicari possint & debent ad eam, quam excolit, artem. Nostro igitur judicio erit operē pretium, si studiosus v. g. Theologiae in numerato habeat suos locos communes & subtitulos, quos combinet cum hisce generalibus. Sanè aliter bonitas consideratur à Theologo, aliter ab Ethico. Diversa ergo debet esse applicatio & combinatio.

Caput

## CAPUT IX.

Recapitulatio hactenus traditorum, ubi est brevissima artis idea.

**E**X hactenus traditis videre est, qualis *Brevissima* sit artis hujus ratio, quoad instrumentorum Lullianorum, cum fabricam, tum *λαίωσις*, usum. Superest, ut instituam *διάκεφαλόν*-adequatum eorum, quae sunt à nobis proposita. Sic *universalis* enim fiet, ut ex ista brevia artis idea fructum *in* *δοκον*-percipliant uberem omnes illi, qui se φιλο-μείωσι. μαθεῖ; profitentur.

*Ars Lulliana* traditur per Lexicon. *Pracognitum* Lexici Lulliani due *Systema, Gymnasium.*

In Lexico explicanda sunt duo.

I. *Termini*; quales sunt, alphabetum, figura, tabula magna, scala, intellectus, evan-

cuatio, camera.

II. *Terminationes*; quales præcipuae sunt **I**VUM, **I**LE, **A**RE. Hæc enim sunt tria cuiusque rei (Deo excepto, qui est purissimus a-

ctus) principia coëssentialia, vide licet po-

tentia activa, potentia passiva, actus: per

quæ sit omnis probatio.

*Pracognita agunt de artis cùm Natura, sum *Pracognitum*, artis Lullia-*

*Studio.*

*Natura ejus explicatur*

I. *Designatione sedis*; hanc obtinet in en-

*Natura ar-*

*ris Lulliana,*

H cyclo-

914 THESAURUS ARTIS

cyclopædia, seu circulo disciplinarum. Est autem generalissimum Philosophiae præcognitum, quod nos solemus vocare  $\chi\lambda\omega\chi\iota\alpha\nu$ , id est, sermonem de principiis omnium disciplinarum; ita ut Metaphysica sit superior, neque etiam sit Logica concreta seu applicativa ipsis rebus. *Lullius in proemio artis magna.*

II. Explicatione objecti; quod est primarium, puta intellectus; & secundariū, nē mempe memoria. *Lullius in proemio Kabbalæ.*

*Studium artis hos habet canones.*

*Studiosus hujus artis debet*  
*ne qui insit-*  
*inendum.* I. Afferre 1. copiam verborum: 2. intellectum reflexum, non ligatum, fundatum in ea, quam discere cupit, facultate, 3. amorem conjunctum cum admiratione.

II. Constituere triplex lectionis intervallum.

Erit namque lectio

1. *Puerilis.* Hic cognosceret brevissimam ideam ab alio confectam.

2. *Crescens.* Hic evolvet scripta ipsius Lullii, hoc ordine. Principiō perlegat artem brevem. Huic subjungat Rhetoricam in qua est perspicuus author noster. Tum veniat ad Kabbalam in qua acutissimè disputat de artis & intelligentia & usu. Denique attem magnam nocturnā diurna verset manu, ut hac ratione evadat textualis, ut loquuntur.

3. *Adulta.* Hic adeat Lullistas, in quibus agmost

agmen ducunt Jordanus Brunus, Vale-  
tius de Valeriis, & Petrus Gregorius Tho-  
lozanus.

III. Sepe exercere, scribendo & conferendo.  
Conficiat igitur sibi Calendarium hujus  
studii, itemq; Typum horariorum.

Atq; talis est ratio præcognitorum Lul-  
lianorum:

*Systema hujus artis præcipit de instrumentorum Systema artis  
Lullianorum numero & fabrica seu architectura.*

*Numerus est septenarius: Tria enim sunt artis  
hujus instrumenta, Alphabetum, Quatuor figura,  
Tabula magna.*

*Alphabetum continet novem elementa, quo-  
rum singula sunt pro quaternis, ut loquuntur, si-  
gnificatio: videlicet, subiecto, predicato absoluto,  
predicato reflexivo, & questione.*

*Figura prima habet centrum, circumferentiam, Prima figura:  
Circulus. Figura prima in centro habet literam ra.  
A, qua est prima in voce Absolutus. Continet e-  
tim hæc figura prædicata absolute. Alii pu-  
tant A denotare, quod hæc figura pri-  
ma complectatur prima cujusque  
rei attributa. In circumferentia  
sunt ipsi termini absolute, quo-  
rum hic est ordo:*

H A P r adit

*Predicata absoluta*

1. B. 2. C. 3. D.

**Essentialia.** I. Bonitas. 1. Magnitudo, 1. Duratio.

4. E. 5. F. 6. G.

**Notionalia.** II. Potestas. 2. Sapientia. 2. Voluntas seu

7. H. 8. I. 9. K. (appetit?).

**Causalia.** III. Virtus. 3. Veritas. 3. Gloria.

*In qualibet re sunt ista novem perfectiones; in quibus notandis sunt numeri progradientes, & descendentes.*

*Progradientes sunt 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. qui ostendunt predicatorum absolutorum ordinem.*

*Descendentes sunt 1. 1. 1. III. qui ostendunt, quod sibi invicem respondeant tres istae classes. Nam potestas bonitati responderet, & virtus potestati.*

*Lineæ in figura prima sunt variae, que indicant penetrationem predicatorum reciprocam. Si cut enim à B. ad reliquias literas ducuntur lineæ: ita ista predicata de se invicem prædicantur: ut bonitas magna, magnitudo bona.*

*Secunda figura constat centro, triangulis, & circumferentia.*

*Centrum prenotatur litera T; quæ significat tres triangulos, id est, ter terna prædicta respectiva.*

Triang-

*Triangulim ea sunt numero tres.*

- | B.                 | C.                  | D.                  |
|--------------------|---------------------|---------------------|
| 1. <i>Viridis.</i> | <i>Differentia.</i> | <i>Concordatia.</i> |
|                    | E.                  | F.                  |
| 2. <i>Rubeus.</i>  | <i>Principium.</i>  | <i>Medium.</i>      |
|                    | H.                  | I.                  |
| 3. <i>Croceus.</i> | <i>Majoritas.</i>   | <i>Aequalitas.</i>  |
|                    |                     | <i>Minoritas.</i>   |

*Circumferentia ejus continet se alam intellectu;*  
quæ talis est, respectu triangulorum.

Primus triangulus correspondens pri-  
mæ classi prædicatorum absolutorum ha-  
bet scalam, quæ constat tribus gradibus.  
Nam

*Differentia.*  
*Concordantia.*  
*Contrarietas.*

*Sensuale & sensuile.*  
*Sensuale & intellectuale.*  
*Intellectuale & intellectuale.*

Secundus triangulus correspondens se-  
cundæ classi prædicatorum absolutorum  
habet scalam novem constantem gradi-  
bus. Nam est

*Principium* { *Causa.*  
                  { *Quantitatis.*  
                  { *Temporis.*

*Medium* { *Connexionis.*  
                  { *Mensuracionis.*  
                  { *Extremitatum.*

*Finis* { *Perfectionis.*  
                  { *Terminationis.*  
                  { *Privationis.*

H ;                      Tertius

Tertius triangulus respondens tertias  
classi predicatorum absolutorum continet  
scalam tribus constantem gradibus. Nam

Majoritas	}	Substantiam & substantiam.
Aequalitas		
Minoritas		

Majoritas	}	Substantiam & accidentem.
Aequalitas		
Minoritas		

Majoritas	}	Accidens & accidentem.
Aequalitas		
Minoritas		

*Tertia figura continet camera 36. que dicuntur evacuari, quando ostenditur si sua axiomatica.*

Nam prima & secunda figura literas nobis subministrant terminos illos simplices. At tercia figura tradit syllabas, id est, compositionem & divisionem. Hæc figura continet principia artis complexa, quæ etiam atque etiam observanda sunt in disputationibus.

*Principia complexa artis Lulliana.* Ita enim disputandum, ut ne principia convellantur. Talia sunt: Bonitas est magna, bonitas est durans: & ita deducendo per utramq; figuram. Nam si hoc problema sit probandum: an peccatum originis sit substantia? Negabitur ex his principiis: quia alias bonitas substantiae non erit magna, differens, concordans. Hæc autem principia regenda sunt in discursu, illorum i&repycas indicanda aliis verbis.

*Quarta figura complectitur tres circulos. Extremus representat subiectum problematis cuiusque controversi: minimus representat ejusdem praedicatum: intimus subministrat medium terminum. Et sic hæc figura existit mater tabulae magaz.*

Ulti-

*Ultimum instrumentum huius artis est tabula Tabula magna, filia figura tertiae; cuius columnæ secundum magnitudinem discorsi, & terminiscentiam, si nempe singulæ literæ repræsententur per certas personas, ut docet Bruni de specierum scribendo cap. 8.*

*Gymnasium artis Lulliane est de instrumento- Gymna-  
rum fabricatorum & hactenus explicatorum sumariorum.*

*Uſus habet septem partes, uti ſunt.*

I. Reminifentia terminorum Alphabeti, qui habet 7. ita ſunt memoria mandandi, ut recitari queant partes. ordine recto, retrogrado, & intermedio, conſequenter ſeu uniformiter, & multiformiter.

II. Multiplicatio; eaque

1. Subjectorum; quæ fit vel per arbores, quales apud Lullium & Valerium de Valeriis; vel per tabulas, in quibus ſcilicet omnes ſubtituli methodice digeruntur, qui pertinere ad hoc vel illud ſubjectum.

2. Prædicatorum abſolutorum & reſpectivo- rum: quæ fit per abacos, quales occurſunt apud Tholozanum; in quibus traduntur ſynonyma & antitheta. Et haec multiplicatio apprimè facit ad copiam verborum.

3. Quaſionum; quæ fit per periphrasis, & varia ſynonyma.

III. Immeatio, eaque

1. Subjectorum; quæ fit per ſigillum uni- versitatis.

310 THESAURUS ARTIS

2. *Predicatoriū absolvitorū; q̄ est reciprocā.*
3. *Predicatoriū respectivorū; quæ est turbata.*
4. *Quæstiōnē; ubi una quæstiō aliā juvat.*

IV.  
Mixtio.

1. *Figura prima cum secunda.*
2. *Quæstiōnes cum figuris.*

V. VI. VII.  
Applicatio  
Applicatio  
triplex.

3. *Applicatio; caq̄e triplex ad memo-*  
*riam, discusum, & facultatem. De quibus*  
*triplex. suprà egimus.*

Tabula, quā adumbratur methodus hujus manudictionis.

Lexicon ch-

ius patr.

Artis cognitio & tractatio		1. Determinatio artis.	2. Determinationibus.	Meta-
Pracognita; do-				Nōcīl. physica.
artis				Practo- Logica.
				gnīth.
				Designa- tione si- dis.
				Primariū, in-
				Explica- cione ob- ielli;
				Secundariū,
				memoria.
				Copiam verborū
				Reflexum
				Non ligatum
				Fundatum in
				disciplina cui
				zūl areem ap-
				plicare.
				Intelle- cillum
				Amorē
				conjun- cillum cū
				admira- tione.
				Constituire interval- lum triplex lectionis,
				que erit
				Puerilia.
				Crescēs.
				Adulta.
				Scribendo.
				Confrēndo.

Pracognita; do-

artis

<i>I. Reminiscensia terminorum.</i>	
	<i>Subiectorum per Arboris.</i>
	<i>Tabulas.</i>
<i>II. Multiplicatio</i>	<i>Predicatorum per abacos.</i>
	<i>Periphrasis.</i>
	<i>Questionum per Synonyma.</i>
<i>Gymnasiū; de instru-</i>	<i>Subiectorum; per sigillum Universitatis.</i>
<i>mentorum</i>	<i>Predicatorum; que est reciproca in</i>
<i>usu; cuius</i>	<i>absolutis.</i>
<i>septem sunt</i>	<i>Questionum, turbata in respectibus.</i>
<i>partes</i>	
<i>III. Immea-</i>	
<i>tio</i>	
	<i>Figurarum. I. &amp; II.</i>
	<i>Questionum cum figuris.</i>
<i>IV. Mixtio</i>	
	<i>V. Memoriam.</i>
	<i>VI. Intellectum.</i>
<i>Applicatio</i>	
<i>ad</i>	<i>VII. Facultatem quamlibet.</i>

**E X E M P L A,** quibus ostenditur artis  
Lullianæ utilitas.

Per sapere mihi & aliis exprobrari audivi,  
Lullii discipulos multa quidem promitte-  
re præceptis suis, quibus tamen vel nulla,  
vel ridicula adjiciant exempla. Eapropter  
ego paucula exempla in medium dabo,  
nuda scilicet illa & simplicia, non induita  
vestem orationis, quam facile induent,  
si accedat utcunque Latinus.

Antequam exempla adjiciam, necesse  
H s habeo

122      THESAURUS ARTIS  
habeo unam atque alteram ē superioribus  
repetere regulam.

I.

Tractatio compositorum pendet à tra-  
statione simplicium. Iccircò sub initium  
quā plurima themata simplicia dedu-  
cantur per terminos artis, antequam ve-  
niantur ad tractationem compositorum  
thematum, quæ vocantur problemata. vi-  
de ἔγγραφον & exempla hujus regulæ infra.

II.

Ut inveniri queant prædicata absoluta  
cujuſque rei, debent inspici abaci, sigillum  
Encyclopædiae, prædicamenta, & argu-  
menta Logica.

III.

Ut inveniri queant prædicata respecti-  
va, debent inspici abaci, sigillum universita-  
tis, prædicata absoluta, prædicamenta, &  
argumenta Logica.

IV.

Quæstiones querunt, vel de essentia, ut  
an Deus est, vel de attributis, ut an Deus est  
bonus: quid est ejus bonitas? videamus  
singulatum regularum contenta.

*De Abaci, quorum mentio fit in  
2. & 3 regg.*

*Abaci sunt synopses Synonymorum sive epitheta-  
torum*

*terum & antithetorum cuiusq; predicat: quales conformati sunt ab Agrippa & Thelozano, ordine quedam tumultuario.*

*Eorum considerabimus cum fabricam, tam q; sum. Fabrica ab eorum ita haber. Colligantur Synonyma ad quodlibet prædicatum, iisq; opponantur contraria: opponantur autem vel ordine, ut ordo, confusio: consensio, dissensio: vel sine ordine, ut Synonyma bo- nitatis sunt: esse, essentia, actio: repugnan- tia ejus sunt malitia, destruc-  
tio*

**A b a c u s e o r u m , q u a differentiam  
referunt.**

**C O G N A T A .**

Aliud.	Dissonantia concen- tuū in harmonia.
Alterum.	Distantia,
Continuum.	Diversitas.
Discordia.	Divisio, seu distribu- tio.
Discretio.	Inæqualitas.
Disparitas.	Intercapedo.
Disproportio.	Longinquitas.
Disjunctum.	Pluralitas.
Distinctio, distribu- tio.	Ordo.
Pulchritudo.	
Dissimilitudo.	

**R E P U G N A N T I A differentia.**

*A g g r i p p a .*      **M u l t i p l e x .**

*A g g r i p p a .*

## 214 THESAURUS ARTIS

<i>Ausibetia.</i>	Prepositiones omnes
<i>Multiplicatio.</i>	singulares & de-
<i>Mixtura plurium.</i>	monstrativa.
<i>Confusio.</i>	Remotio.
<i>Deformitas.</i>	Separatio.
<i>Discontinuum.</i>	Temperatura, diffi-
<i>Non idem.</i>	milia partium ge-
<i>Pluralitas.</i>	neratio.
<i>Pronomina.</i>	Varietas.

## ABAENS concordantie.

## COGNATA.

<i>Amicitia.</i>	Convertibilitas.
<i>Æqualitas.</i>	Collectio.
<i>Sympatheia.</i>	Unitas, sive ea sit to-
<i>Communio.</i>	tius, ut membro-
<i>Consonantia.</i>	rum in corpore,
<i>Concentus.</i>	vel conformitas,
<i>Continuum.</i>	ut dum dicitur u-
<i>Paritas.</i>	nus animus, una
<i>Proportio.</i>	voluntas inest.
<i>Proximitas.</i>	Quæ similitudo
<i>Similitudo.</i>	vel attributionis,
<i>Conjunction.</i>	quando pluribus
<i>Copula.</i>	unum tribuitur, ut
<i>Convenientia o-</i>	dum una fides di-
<i>mnis : ut contra-</i>	citur.
<i>ctus.</i>	Compositio.
<i>Cōsensus matrimo-</i>	Comparatio.
<i>nium; societas pax</i>	Unio
<i>&amp; similia.</i>	Identitas.

R E P U:

## REPUGNANTIA.

Discordia.	Antipathieia.
Dissimilitudo.	Derogatio.
Corruptio.	Demolitio.
Destructio.	Pugna.
Inimicitiae.	Pertinacia.
Inuria.	Privatio.

## ABACUS Contrarietatis.

Abrogatio.	Ira.
Accusatio.	Jurgium.
Æmulatio, quæ con-	Lis.
tentionis genus.	Negatio.
Bellum.	Oppositiō.
Contentio.	Repubodium.
Contrarium.	Repugnantia.
Contradiccio.	Resistentia.
Controversia.	Pugna.
Corruptio.	Pertinacia.
Derogatio.	Privatio.
Demolitio.	Præpositiones accu-
Destructio.	fativo deservien-
Disjunctum.	tes, ut: adversus,
Dilectus.	contra.
Divortium.	Zelotypia, discorsa-
Inimicitia.	nimus.
Inuria.	

## REPUGNANTIA.

Disquarantia. Proprio.

Paro.

## 126 THESAURUS ARTIS

Paritas.	Æqualitas.
Similitudo.	Extructio.
Cognatio.	Unio.
Affinitas.	

## ABACUS PRINCIPII.

## COGNATA.

Agens.	Generatio.
Antecedens.	Genera principia
Absolutum.	specierum.
Autoritas.	Origo.
Acquirendi omnes	Obligatio, principiū
modi.	debiti.
Causa.	Præcedens.
Coactio.	Prius, prior.
Electio.	Prædicamenta o-
Genus.	mnia.
Efluxus.	Privatio prout prin-
Impressio.	cipium.
Impulsus.	Nobilitas principiū
Influxus.	splendoris, digni-
Ingressus omnis, &	tatis & oneris.
quæ ingressum	Producens.
præbent primum,	Proximus.
ut limen, janua.	Præpositiones abla-
Initium.	tivo deservientes.
Mandatum.	Species respectu in-
Metus.	dividuorum.

## REPUGNANTIA.

Finis.	Metus.
	Ignobilis.

Ignobilitas.	Consequens.
Otium.	Posterius.
Ignavia.	Respectivum.

*A b a c u s et omnia quae medium  
referunt.*

COGNATA.

Æquum; æquale.	Negatio medium
Adjuvans:	Solutionis.
Affirmatio.	Participatio.
Centrum.	Pecunia medium
Coniunctio.	commerciorum.
Comprehensio.	Perfluenſ.
Comitans.	Privatio.
Conjungens.	Proxeneta.
Conſtructio, me.	Instrumentum.
dium collectionis.	Index.
Destructio medium	Magistratus.
dissolutionis.	Tacere.
Dignitas.	Virtus omnis mediū
Forma.	inter exsuperan-
Indifferens.	tiam & defectum,
Mediocritas.	in quibus vitia,
Mensura.	

REPUGNANTIA.

Vacuum.	Immediatum.
Principium.	Medium negatio-
Finis.	nis.

ABA-

228    THESAURUS ARTIS  
ABACUS eorum, que Finem referunt.

C O G N A T A.

Acceptatio.	Opus.
Comes	Postremum.
Consunmatio	Privatio,
Concordia	Putrefactio.
Consumptio.	Propositum
Cortuptio.	Finitum.
Renovatio.	Quies.
Objetum.	Scopus.
Perseccio.	Status.
Portus.	Consequens.
Efectus.	Retributio.
Eventus	Limes.
Exitus.	Mors
Extremum.	Sententia judicialis
Juramentum.	Terminus
Inventio.	Determinatio.
Implementum.	Solutio,
Perfectio.	Ulus

R E U P G N A N T I A.

Inquietudo.	Dimidiunt.
Principium.	

ABACUS Majoritatis.

C O G N A T A

Magniloquentia	Superioritas.
Magnificentia.	Libertas.
Authoritas.	Difficultas.

Capta.

Causalitas.	Superius.
Majus.	Magisprobabile.

## REPUGNANTIA.

Nihilum	Servitium.
Nullitas.	Facilitas.
Inferioritas.	Minoritas.

## ABACUS AEQUALITATIS.

## COGNATA.

Similitudo.	Imitatio.
Conformitas.	Propinqua.
Convertibilitas.	Immediata.

## REPUGNANTIA.

Inequalitas.	Dissimilitudo.
	Inconvertibilitas.

## ABACUS MINORITATIS.

## COGNATA.

Humilitas.	Inferius.
Obedientia.	Facile.
Opera.	Minus.
Effectus.	

## REPUGNANTIA.

Immensum	Omnipotens.
Infinitum.	Perfæctio.

## COGNATA.

Acceptabile.	Beatitudo.
Accommodum.	Benignum & omniè
Actio:	compositū ex be-
Equum, justum,	nè, ut benedictio:
Beneficium.	Acceptabile.

I      Accom-

## 130 THE SAURUS ARTIS

Accommodatum.	Beatitudo.
Æquum.	Gratum.
Ædificatio.	Gratitudo.
Communicatio, ut liberalitas.	Honestum, honestas, decus.
Benemeritum.	Honoratum.
Beneficium.	Justum.
Commodum.	Mortis, & eorū quæ commodatum.
Concessum precatio.	mortē sequuntur.
Congruum.	Fama bona.
Conveniens.	Idoneum.
Constructio.	Nobilitas, nobile,
Dans fructum.	clarum.
Debitum.	Melioratio.
Desiderabile.	Ornatum.
Deidona & facta.	Pax.
Dignum, dignitas: ut honor, magistratus.	Perfectum, Perfectio.
Diffusio.	Pulchrum.
Donatio.	Ratio, rationabile.
Essē, essentia.	Salus.
Emanatio.	Salubre.
Extensio.	Sanctum.
Existentia.	Tranquillum.
Felicitas.	Verum.
Gloria.	Utile, lucrum.

## REPUGNANTIA Bonitati.

Repudiandum. Incommodum male

lēconveniens.	Nihil.
Otium.	Non esse.
Iniquum.	Infelicitas.
Malemeritum.	Damnatio.
Infelicitas.	Ingratum.
Ferum , malignum,	Ingratitudo.
immite, osne com-	In honestum , dede-
positum ex malè, ut	cis.
maleficium, maledi-	Infamia.
ctio.	Oblivio inconside-
Repudiandum.	tata corū, quē mortis
Restricō, avarum	sunt.
tenax.	Ignobile , rusticitas,
Non æquum.	rude incivile.
Incommodum, da-	Diffidium, dissentio.
mnum, damnosum.	Bellum.
Injustum.	Imperfeō, imper-
Malemeritum.	etum mancum.
Incongruum, dispar.	Incomitum.
Inconveniens.	Inornatum.
Destruō.	Turpe & deforme.
Steriles.	Irrationale, temera-
Indebitum.	rium.
Fugiendum.	Servitus.
Opera contra Dei	Aegritudo.
imanda.	Inaltubre.
Diabolus, ejusq; ef-	Pollutum.
fecta.	Sine timore Dei.
Indignum.	Inquietum , turbidum.
Patritias nimia:	Menda.

Mendacium, falsum.	utilitate;
Vile.	Damnum.
Abjectum.	Superfluitas.
Jactura rerum, sine	

A B A C U S *Magnitudinis.*

## C O G N A T A.

Abundantia.	Inflatio, tumor.
Amplitudo.	Insigne.
Adjunctio.	Mensura.
Anctio.	Distantia.
Abundantia.	Figuratio.
Capacitas, Compre- hensio, contines.	Intentio.
Communio.	Punctus.
Copia.	Linea.
Dignitas omnis &	Superficies.
majestas.	Soliditas.
Divitiae.	Liberalitas.
Excellentia, exel- le ns.	Pondus.
Egregium.	Plenitudo.
Extensio.	Multitudo.
Essentia omnis.	Amplitudo.
Exuperantia.	Numerus.
Fecunditas.	Sublime.
Fecilitas.	Singularitas.
Immensum.	Sufficientia.
Infinitum.	Integritas.
Indivisibilitas	Vehementia.
	Unitas.
	Totalitas.

Uni-

Universalitas.      Summitas.

Exempla eorum, quæ repugnant  
Magnitudini.

Avgustia.	hensibile.
Diminutio.	Depressio.
Detracțio.	obscuram.
Incapacitas.	Parvitas.
Diminutio.	Minoritas.
Partitio.	Partialitas.
Inopia.	Remissio.
Statusprivatus.	Avaritia.
Paupertas.	Vacuum.
Vilitas.	Pauci.
Infinium,	Raritas.
Restrictio.	Carentia.
Nihil.	Infimum.
Defectus.	Insufficientia.
Infecunditas.	Remissio.
Sterilitas.	Infecunditas.
Mensurabile & ap- prehensibile.	Incapacitas.
Finitum, compre-	Angustia.

Abacus eorum quæ Durationem  
referunt.

C O G N A T A.

Eternitas.	nim distinguuntur.
Evitemum, seu æ- vum, Scholasticie-	ter aeternitateu & ævum.
	I 3      Etas

## 134 THESAURUS ARTIS

Ætas omnis.	Nunc
Antiquum, antiqui.	Patientia. tas.
Constantia.	Perpetuum. Permanens.
Incomparabilitas.	Perseverans, perse-
Contractuum, pa-	verantia.
ctorum,	Præfens.
Juramenti vis.	Spes.
Confidentia.	Sempiternitas
Consistentia.	Indolubilitas.
Continentia.	Præmæritas.
Ductus.	Stabilitas.
Existentia.	Semper.
Firmitudo vel fir-	Sanitas.
mum.	Primitivum.
Fidelitas, fides.	Temporis indicia:
Immobile, pro tem-	qualia seculum, an-
poris, & negotii de-	nus, mensis, hebdo-
finitione.	mada, dies, hora, se-
Immortalitas.	xtantes: nam hæc se
Insolubile, immor-	mutuò continent,
tele.	succedunt sibi.
Nobilitas.	Vita.

## REPUGNANTIA

Quæ negant æternitatem & avi-  
tatem.

Mors.	Refusio contractu
Recens, novum.	Diffidentia.
Inconstantia.	Mobilitas.

In

In continentia.	Recens.
Mollitie.	Transitorium.
Privatio, corruptio.	Fluxum.
Infirmitas, debilitas.	Mutatio.
Infidelitas.	Aliquando.
Inconstantia.	Desperatio.
Mobile.	Instabilitas, variatio.
Dissolubile, mortale.	Morbus.
Ignobile, nuperrima	Quod non habet agnitio.
Præteritum aliquan-	tempus durans, ut momentum, atomus.
do.	Mors.
Dissolubilitas.	

A B A C U S corum, quæ Poteſtatem  
referunt;

## C O G N A T A.

Agere.	Præcipere.
Actus.	Producere.
Autoritas.	Principatus.
Creatore.	Omnipotentia.
Dignitas.	Patrem esse.
Divitiae.	Potestas.
Dominatio.	Possibilitas
Facultas.	Robur.
Fortitudo.	Vis omnis, virtus.
Idoneum,	Violenta & ea omnia
Jurisdictio.	per qua vis infertur,
Libertas.	ut arena, lapides, coa-
Operari.	ctio.
Mætratus.	

I 4 R. B.

## 136 THESAURUS ARTIS

## REPUGNANTIA.

Succumbere.	Otium.
Sine autoritate.	Famulus, subje-
Privatum.	cio.
Paupertas.	Filius.
Obedire.	Impotentia.
Prohibitio efficax,	passio.
vel impedimentum.	Infirmitas.
Debilis, timor.	Potentia passiva.
Non idoneum	Impossibilitas,
Sine jurisdictione.	Impedimentum,
Servitus.	Resistentia.
Sine magistratu.	Servitus.
Obtemperare.	Prohibitio.

*Synopsis eorum quae sapientiam sive cognitionem referunt.*

## COGNATA.

Ars omnis, liberalis, Diligentia,	
vel mechanica, & Experientia.	
artefacta.	Electio.
Certitudo.	Recordatio.
Conjectura.	Fides.
Commemoratio.	Gradus omnes, qui-
Consilium.	bus scientes or-
Contemplatio.	nantur insignibus:
Conscientia.	praceptorius,
Distinctio, separatio,	baccalaureatus,
divino.	prolytaeus vel li-
Divisatio.	centiatatura, ma-
Doctrina.	gisterium

gisterū, doctorat⁹.	Præscientia,
Industria,	Præsumtio.
Institutus,	Prognosticatio,
Intelligentia,	Providentia,
Interpretatio.	Prudentia.
Jurisperitia,	Præfigium,
Lex.	Ratio.
Memoria,	Rationabilis.
Opinio,	Regula præscriptio,
Ordo.	Reprobatio.
Prophetia.	Sulpicio.
Necessitas,	Sagacitas.
Peritia,	Sapientia,
Prædestinatio.	Scientia,
Prænotio.	Sensus.
REPUGNANTIA.	
Temerē & sine arte Ignorantia, facta.	Sine industria,
Incertum.	Dubitatio.
Inconfutē factum.	Inordinatum,
Confusio.	Leleges, illegalitas,
Incognitum, Igno- rantia.	Exlex.
Contingens.	Inordinatum,
Error.	Incognitum.
Sors.	Mendacium.
Casus.	Imprudentia,
Fortuna.	Irrationabile,
Extraordinarium,	Irregularum.
Irregularum.	

I 5      Incre-

Incredulitas.	Insipientia.
Stultitia.	Oblivio.
Negligentia.	

**A B A C U S e o r u m , q u e v o l u n t a t e m  
f i v e a p p e t i t u m r e f r a n t .**

**C O G N A T A .**

Amor.	Gaudium.
Amicitia.	Interpretatio,
Audacia.	Libertas.
Benevolentia.	Lex.
Conservatio.	Liberum arbitrium,
Concupiscentia.	Licentia.
Consuetudo.	Permissio.
Cupiditas.	Promissio.
Desiderium.	Spes.
Dilectio.	Voluntas.

**R E P U G N A N T I A .**

Odium.	Servitus.
Inimicitia.	Sine lege, incertum.
Timor, metus, pavor.	Ira.
Violentia.	Honor.
Malevolentia.	Coactio.
Nihil concupiscentis.	Obligatio.
Desuetudo.	Desuetudo.
Nihil cupiens.	Nullus appetitus.
Nihilum desiderium.	Prohibitio.
Tributia.	Desperatio.
Dubium.	

**A B A .**

ABACUS *virtutis.*

## COGNATA.

Activum.	Laus.
Unio.	Decus.
Instrumentum.	Honor.
Potentia agendi & Robur. patiendi.	Gratia.
Agere, quod agit.	Meritum.
Fortitudo.	Donum.
Dignitas.	Virilitas.
Generatio.	Vis.
Nobilitas.	Natura.
Potentia omnis.	Operatio.
Honestas.	Virtus.
Regulatio.	

## REPUGNANTIA.

Deficiens in actus.	Infirmum.
Non valens agere.	Defectus animi.
Debilis. Imbecillis.	Infirmum.
tas.	Morositas.
Corruptio.	Mollities, ætas im-
Impotentia.	matura.
Ignavia.	Defectus animi.
Irregularis.	Vilitas.
Ineptitudo.	Vicia.

ABACUS *erorum, que sub Veritate  
continetur.*

## COGNATA.

Adæquatio.	Anchoratio.
Approbatio.	Confirmatio.

## 140 THESAURUS ARTIS

Essentia.	Idea.
Existentia.	Quidditas.
Fides.	Necessarium.
Lex.	Possible.
Verum.	Registrum.
Prædestinatio.	Justitia.
Imago.	Ordo.
Exemplar.	Regulatio.
Probationes omnes,	Correctio.
ut coelestes instru-	Incorrigitas.
menta, &c.	Præceptum.

## REPUGNANTIA.

Adulatio.	Futurum.
Ambitio.	Jactantia.
Arrogantia.	Aronia.
Deception.	Impossible.
Dolus.	Contingens.
Error.	Mendacium.
Fabula.	Falsitas.
Falsum.	Dispensatio.
Fallacia.	Privilegium.
Fictio.	Ostentatio.
Hypocrisis.	Perjurium.
Calumnia.	Proditio.
Contingens.	Susurratio.
Confusio.	Simulatio.

ABACUS Gloriam, vera &amp; falsa.

## COGNATA.

Ambitio.	Arrogantia.	Beati-
----------	-------------	--------

Beatitudo.	Libertas.
Celebritas.	Majestas.
Decus.	Nobilitas.
Delectatio.	Ornamentum.
Dignitas.	Perfec <sup>tio</sup> .
Fama.	Pulchritudo omnis.
Festa.	Remuneratio, retributio.
Felicitas.	
Fructus.	Præmium.
Finis.	Splendor.
Gaudium, lætitia.	Superbia.
Honor.	Voluptas.
Jactantia.	Triumphus.
Laus.	

## REPUGNANTIA.

Infelicitas.	Injuria.
Obscuritas.	Calumnia.
Dedecus.	Contemptus.
Privatio vitæ.	Vituperium.
Infamia.	Tenebrae.
Inquietudo.	Pena.
Memoriæ damnatio.	Inopia.
Indignitas.	Populare.
Oblivio.	Imperfec <sup>tio</sup> .
Ingratitudo.	Pœnitentia.
Damnatio.	Ignobile.
Infelicitas.	Inornatum.
Tristitia.	Deforme.
Impedimentum.	Exilium.
Inhonoratio.	Peña.

*Sic de fabrica abacorum: sequitur de eorumdem usu.*

*Uſus est duplex: internus, & externus.*

*Uſus internus est, qui ſpečatur in hac arte; eſt que ſuprā expreſſus 2. & 3. teg. Faciūt nempe hi abaci: ad faciliorem prædicatorum inventionem. Sic ſi ſcire velis, ecquæ nam ſit hominis bonitas, ingredere bonitatis abacum, qui tibi moſtrabit bonitatis cognata. Dices igitur cum hominem bonum, qui eſt benignus, qui acceptabilis, qui æqui ſtu- diosus, qui ſui cōmunicativus. Necq; enim termini hujus artis ſimpliciter, ut ſonant, ſunt accipiendi, ſed aſſumēda ſunt illorum cognata & repugnantia. Ita ſi ſcire velis diſ- ferentiam hominis ingredere abacum diſ- ferentiæ, ejusq; ſynonyma ſeu cognata & antitheta penſita. De reliquis prædicatis idem plane eſt judicium.*

*Uſus abacorum externus eſt, quo ſeruunt illi oratoribus ad copiam verborum; quæ fit per epi- theta ſeu syntheta & antitheta. Ita orator bonitatis cōſiderabit cognata & repugnan- tia, ut ita terminos artis tegat. Res eſt li- quida.*

*De ſigillis in hac arte neceſſariis.*

*J*ordanus Brunus ſcripsit trīginta ſigilla, id eſt, non vulgaria ſubſidia ad terum & verborum cognitionem faciētia. In iis duo excellunt, quæ nobis hanc artem & diſcere &c

& exercere cupientibus sunt necessariis.  
suntq; Encyclopedie, & Universitatis sigilla.

Sigillū Encyclopedie est, quo sit, ut una eademq; Sigillum  
res ducatur per disciplinas, si non omnes saltem encyclop.  
plenaq;. Alias dicitur sigillum Technelogie, die  
Sic homo v. g. consideratur vel Metaphy-  
sice, quatenus est ens, cuiusmodi sunt uni-  
tas, veritas, bonitas, actus, potētia, vel phy-  
sicē, quatenus est ens naturale, cōstans cor-  
porē & anima, vel Ethicē, quatenus debet  
vivere secundum virtutem; economicē,  
quatenus est pars societatis domesticæ; po-  
liticē, quatenus est pars societatis civilis;  
Theologicē, quatenus consideratur secun-  
dum quatuor status, qui sunt confectionis  
seu integratīs, defectionis seu miseriae, re-  
fectionis seu grātiae, & perfectionis seu glo-  
ria. Hoc est, quod tantoperē inculcant Lo-  
gici, distinguidam esse rem consideratam  
ā modo considerationis. Et enim canon ille  
Logicorum: *Quod in una arte est homogeneum,*  
*in altera est heterogeneum:* intelligendus est  
non de re considerata, sed de modo consi-  
derandi. Nam res considerata potest tra-  
ctari in variis disciplinis, at modus consi-  
derandi in aliis disciplinis est alius.

Sigillum Universitatis est, quo sit, ut quodlibet <sup>Sigillum</sup>  
dicatur de quolibet: affirmatē scilicet, vel ne-  
gatē, propriē vel impropriē. Sic si tibi dispe-  
ndiatum sit de homine poteris illum pro re-  
nata.

nata comparare ovi, lupo, serpenti, columbae. Atque hic est ille modus dicendi, quem Rhetores quidam vocant inartificialem. Brunus vocat Proteum *Exempla proponit.*

Cæterum sigillum Encyclopaediam servit ad inventionem prædicatorum ab solutorum. Si quis enim jubeat te dicere de Bonitate vel Magnitudine hominis, vel fidei, quaerere ex illo, num hominem velit considerari abs te. hic è Physicè, aliove modo, itemq; fidem vel Theologicè, vel Politicè. Sigillum Universitatis faciat ad inventionem prædicatorum respectivorum faciliorem. Vis sci-  
re hominis differentiam? cogita & expen-  
de, qui differat à Deo, ab Angelo, ab aliis i-  
tem entibus;

### *De 2. Regula.*

**Utilitas** Ut invenire queas methodo facilima predica-  
predicamen- ta ab soluta, non tantum abacos & sigillum Ency-  
clopedia in hac clopedia excuties minutatim, sed insuper expendes  
taria. predicamenta. Etenim omnia & singula predica-  
ta ab soluta deduci possunt per omnia & singula  
predicamenta. Ita si velis indicare hominis  
bonitatē, eam considera, ratione substantiæ,  
quantitatis, qualitatis, & cæterorum predi-  
camentorum. Sed nondum conquiesces in  
hoe predicamentorum portu, ad argumenta-  
ta Logica tibi insuper accedendum statuo.  
Scire namq; debes, ecquæ nam sit hominis  
bonitas

bonitas respectu causæ efficientis, materiae,  
formæ, finis, effectorum, & reliquorum ar-  
gumentorum Logicorum.

*De 3. Regula.*

*Predicata reflectiva* facile est invenire, si non  
solum illorum abaci suprà traditi perlustrarentur;  
& sigillum universitatis adhuc beatetur: sed etiam, si  
consideretur. 1. *Predicata absoluta*: ut, dicturus  
de hominis bonitate, consideret, quomodo  
ista differat ab ejusdem magnitudine, du-  
ratione, virtute: itemq; quomodo ejus bo-  
nitas differat à bonitate Dei, Angeli, & cæ-  
terorum subiectorum. 2. *Predicamenta*: ut  
hominis substantia differat à substantia An-  
geli; hominis quantitas differat à quantitate  
coeli. 3. *Argumenta Logica*: ut homo quoad ef-  
fecta q; ad adam differt ab Angelo, cumq; eo  
convenit icidē quoad effecta quædam: dif-  
fert à planta causa efficiēt proxima, mate-  
ria proxima, forma , fine proximo. Sed quis  
hanc fæcunditatem & copiā fando explicere

*De 4. Regula*

*Quæstiones* ab auctore nostro proposito, queruntur  
bis faram. Aut enim de essentia querunt: ut, an  
cœlum est, quid est, de quo est, quare est,  
quantum est: Aut de attributis sive prædicatis  
cū prima & secunda figure, vel simpliciter, vel  
compositè. Simpliciter: ut, an Deus est bonus?

K      quid

quid est ejus bonitas? de quo est ejus bonitas? quanta est? Item, an Deus est principium? quale est principium. *Composite:* ut an bonitas Dei differt ab illius omnipotencia? an Dei bonitas est infinita?

*De i. Reguli.*

*Quam tractatio compositorum p̄deat à tractatione simplicium, & per apertum fore putamus si rudi, quod si junct, Minerva unum arque alterum exemplum deducamus. Hic autem cogites illud velim, quisquis huic arti operam levare cogicas, neminem posse perfectè deductum exemplum afferre: quam res sit infinita. Insuper & hoc cogites, hanc nostram artem quam similiam esse mallo, qui aurum, argenum, ferrum, aliudve metallum elaborat, falluntur ergo, qui purant, hanc Lull. artem scip̄ta contentam esse posse, ita quidem ut hac cognita aliquæ artes non sint delibandæ vel prioritibus digitis. Nullus professorum hujus artis ita docuit, nec ipse Lullius, qui suæ artis vim & utilitatem hi verbis clarè satis oculos ponit in proœmio artis magnæ:*

*Quia, inquit, quælibet scientia habet sua principia propria & diversa à principiis aliorum scientiarum: siccirò requirit & appetit intellectus, ut sit una scientia generalis ad omnes scientias, & hoc cum suis principiis generalibus, in quibus principia aliarum scientiarum in particuliarium sint implicita & contenta, sicut particularē in universalē. Et paulò*

*Quenam  
aristotex  
arie Lulli  
recomendat*

paulo post. Per hanc quidem scientiam possunt alia scientie perfacile acquiri. Principia enim particularia in generalibus hujus artis reluem & apparet; dum tamen principia particularia applicentur principiis hujus artis sicut pars applicatur suo toti. Principia vero hujus artis sunt: Bonitas, Magnitudo, Duratio, Potestas, Sapientia, Voluntas, Virtus, Veritas, Gloria, Deterrentia, Concordantia, Contrarietas, Principiū, Medium, F.nis, Majoritas. Et qualitas, Minoritas. Et dicuntur generalia; quia omnes bonitatis alias aliarum scientiarum, ad unam bonitatem generalē sunt applicabiles. Et idem dico de omnibus magnitudinibus ad unam magnitudinem generalē. Et sic de cōsimilibus aliis suō modo dicendum. Amplius quidem hæc scientia generalia potest nuncupari: quia questiones generales habet atque alias questiones, quæcunq; sunt applicabiles. Omniaen q̄s implicantur & in hæc. II. iū sic: Quod est? De quo est? Quo re est? Quo nū est? Quo le est? Quid est? Ut est? Quo modo est? ut Cū quo est? Tūm: d. cū ut apparet numerā. Item ars ista ēl enra & rō mixtioneis principiorū & regularium, quā hav. e: ue inferius patebit. Nam si propositio in cōsūmata est generalis, et loēs propositiones, &c. In modo ista principia composita, in cōsūmata sunt generalia ad omnia principia particularia composta s̄c: ut dubium removetur: dico, quoniam alia principia sunt particularia respectu istorū principiorū hujus artis: sicut bonitas magna, quae est cōsiderata: si contraria;

*nisi quidem ad bonitatem Petri & Guilelmi, & alii  
qui, & sic de aliis. Hæc Lullus. Panis hinc  
verbis continetur clavis artis Lullianæ. Nu-  
lli igitur, amice lector, habere fidem impo-  
storiibus, quidicunt hanc solam artem pol-  
se hominem locare in amplissimo eruditio-  
nis fastigio. Disce à Lullio, quid emolumē-  
ti ex isto Agello expectandum sit. Sed ad  
exempla veniamus.*

*Exemplum thematis simplicis.***FIDES SALVIFICA SEU****JUSTIFICANS.**

*Exemplum  
thematis  
simplicis.* Princípio reducendum est hoc thema  
per sigillum Encyclopædiæ ad suam di-  
sciplinam, putat Theologiam. De hinc ad in-  
teram alphabeti, videlicet K. in serie subje-  
ctorum, quod denotat Instrumentativum,  
& quidem ad prædicamentum relationis.  
Facta hac reductione, sequatur dedu-  
ctio.

*1. Deductio per predicata absolu-  
ta, figurae A.*

- Ab. **B**onitas: Fides salvifica est habitus  
divinitus insulsum: non est cuiusvis  
hominis.  
Ac. **M**agnitudo: Fides resumit incremen-  
tum: non potest amitti actu primò.  
Ad. **D**uratio: Persistit in rebus adversis:  
non manet in altera vita, ut hic est.

*Ac. Por.*

- Ac.** *Potestas*: Facit, ut homo ja<sup>cet</sup> curam suam super Dominum, non confidat in homine, diligat Deum & proximum.
- Af.** *Sapientia*: Fides implicita nulla est, non excludit cognitionem Dei, & operum ejus, sed includit. Estenim notitia seu lumen in intellectu.
- Ag.** *Voluntas*: Fides est fiducia.
- Ah.** *Virtus*: Non est virtus Ethica, sed Theologica.
- Ai.** *Veritas*: Fides justificans nō est phantasia quædam, sed firma persuasio.
- Ak.** *Gloria*: Fides est gloriatio fidelium.

*II. Deductio per predicata respectiva, figura T.*

- Tb.** *Differentia*: Fides salvifica differt ab historicâ. Differt autem bonitate, magnitudine, duratione, & similibus.
- Tc.** *Concordantia*: Fides convenit in quibusdam cum spe & charitate. Covenerit autem bonitate, magnitudine, principio, causis, effectis, adjunctis quibusdam.
- Td.** *Contrarietas*: Fides & infidelitas seu incredulitas.
- Te.** *Principium*: Fidei causa est iens principialis est spiritus sanctus: can. in-

strumentalis, verbum Dei & Sacra  
menta.

Tf. *Medium*: Fides est mensura caritatis;  
item analogia fidei est regula Chri-  
stianis vi.

Tg. *Finis*: Fidei finis est vita æterna.

Th. *Majoritas*: Fides est major charitate,  
Major autem est, si spectes ejus boni-  
tem, magnitudinem, & reliqua attri-  
buta.

Ti. *Aequalitas*: Fides infirma & quæ est fi-  
des, acque firma.

Tk. *Minoritas*: Fides minor est vita æ-  
terna, seu medium fine. Fide minor  
est charitas.

### III. Deductio per quæstiones.

1. Quæritur de essentia fidei: an sit, quid  
sit, de quo, quare, quanta?

2. Quæritur de attributis utriusq; figu-  
ra. an fides sit bona, quid sit ejusbonitas,  
de quo sit: &c. an fides sit differens? quid sit  
eius differentia?

### IV. Deductio per mixtum nem princi- piorum & quætionum.

**N**extio hic dicitur, quando unum deducatur  
cum pronuntiatio quæstionum Doctores.  
Praecepimus hinc e verbis absolvitur quic-  
quid hic est significatum. Clavis igitur de his  
mate

mate simplici non est, quod omnia & singula ejus prædicat accumules. Satis est, si in uno figura pedem, quod maximè ad rem facit sic dictum us de fide, expende, si placet duntaxat, ejus differentiam à bonis operibus; eamq; deduc per omnia & cùngula prædicatoria, ita mō; quæstiones, hoc modo.

1. *Questio An.*

**A**N fidei bonitas differt à bonitate bonorum operum?

An fidei magnitudo differt à magnitudine bonorum operum? Et sic pergendo per utramq; figuram.

2. *Questio Quid.*

**Q**uid est, quo fidei bonitas differt à bonitate caritatis.

Quid est, quo fidei magnitudo differt à magnitudine bonorum operum? Et sic pergendo per reliquas quæstiones, quæ singulæ penetrant terminos utriusq; figuræ.

Sed parum est, quod dixi. Si quis quæstiones & prædicata hujus artis, cœu terminos intrinsecos, velit miscere cum terminis extrinsecis aliarum disciplinatum, Metaphysicis, scilicet, Logisticis, & Theologicis, quanta, putas, inde furget copia? Ego hoc labore superfedeo. Unum hoc velim monitos hujus artis studiosos, ut hujusmodi deductiones statuant proram & puppim,

K 4 val-

vallum & fossim hujus artis. Hic & illud norandum studiosè, artis hujus applicatio-nem ad thema simplex explicandum esse, vel latiorem, vel contractiorem. Latior applicatio est, quando eo ordine & me-thodo progredimur, quam Lullius præ-scripsit: incipiendo, nempe à bonitate, per-gendo ad magnitudinem, & sequentia prædicata.

Contractior applicatio est, quando u-num arque alterum terminum elegimus, quem nostro instituto maximè accommo-dum judicamus, eumque deducimus per rel-quos terminos methodo arbitaria.

Sequitur exemplum thematis compo-siti.

*An mundus sit eternus?*

**Exemplum thematis compo-siti.** Quum problema aliquod tractandum tibi proponitur, prima tua cogitatio sit de simplicibus thematibus, quæ in illo composito themate continentur, ut nempe vi-deas, quæ & qualia sint ista themata sim-plicia. Sic enim fieri, ut possit rectè constitutre statum controversiarum, & judicare quid in quaestione videat: ut monet D. Kecker-man, in logic. spec. part. 2. c. 2. quod scri-putum sibi habeant commendatum & Lo-gicus & hujus artis amatores. Pleraque en-um quæ ibi tractat Keckermannus ita sunt compa-

comparata, ut paucis mutatis ad nostrum institutū, quām facilimē transferri queant. Hoc nostrum consilium, qui sequendum sibi proponent, non p̄cenitendum, spondeo, fructum sentiant, imd̄ ip̄fissimum & Logices & artis hujus nucleus assequentur. Præterea, statu controverſia recte constituto, arque adeū recte ordinatus in quaſtione ſimplicibus thematibus, conſtituas certam propositionem, vel quaſtione affirmantem vel negantem, quam velis probare, ſeu, pro qua velis diſputare. Cer- ta quaſtione, ſeu conſluſione, conſtituta affirmando vel negante, iterum converte mentem tuem ad ſimplicia themata, & trac̄ta juxta terminos ſimplices, tam thema ſimplex ſubiecti, quām ſimplex thema p̄predicati. Hunc canonem nostrum ha- beant ſibi hujus artis ſtudioſi in primis co- mendarum, & ſciant certò, propriea multas diſputationes & problematum tra- c̄tationes infeliciter iuſtituras eſſe, & ad- huc inſtitui in ſcholis, quod iſte canon fue- rit ignoratus & non obſervatus, ut ſunt verba Keckerm. d. l. Pendent compoſita à ſimplicibus non tantum in conſtitu- tione, ſed etiam in cognitione & trac̄tatione: ideō qui vult dextre diſputare de conno- ſitis, cum oportet ſimplicia prius noſt̄ & explicate poſſe. Bonuſ explicatoř, dicebant

K 5 vete-

vetores, facit bonum disputatorem. Eodem  
nem modo, hic res habet, ut in Gram-  
matica, ubido doctrina syntactica penderet ab  
Etymologica. Exemplum super propoli-

C. tum, in manus sumamus. D.  
Mundus Non est Æternus.  
B.

Mundus est opificium Dei. Deus Solus Deus est eternus.  
Æternitas est eius proprietas.

Mundi Bonitas est finita. Bonitas Æternitas bonitas est  
in finita.

Mundi forma est dependens. Differentia Æternitas differt à mundo.  
deus est temporalis. C.

Angelus est estimandus Angelus Angelus non est eternus.  
incola.

Mundus habet partes Magnitudo Æternitas est negatio  
quaritative.

Mundi concordia cum Concordia Æternum est immensissimum  
corrugetibus. simul sunt.

D. Celum est pars mundi. Celum Celum non est eternum.

C. Mundus Non est Æternus.  
D.

Mundus hic exspectabilis Duratio Æternitas est duratio in-  
terminabilis.

Mundus est compositus Contrarietas Æternum non est compo-  
natur.

E. Homo est pars mundi. Homo Homo non est eternus.  
Mundus est finitas Potestas Æternitas est ipsa omni-  
potentia.

Mundus dasur principium. Principium Æternitas caret princi-  
pio.

Mundus

E.

- Mundus est vanitatis sub-Imago nationis** **Eternitas rationem & formalitatem non metuit**  
 & celum, multa u. co/junctaphantasia horum.  
**Sapientia crevit manu-dum.** **Eternitas est tantum omniscientis.**  
**Mundus non est medium Medium participacionis, inter finum & infinitum.** **Eternitas non admittit successionem.**

G.

- Animalia sunt partes mundi.** **Eternitas est insensibilis.**  
**Deus non uult mundi a- terminatam.** **Bonitas infinita/ perfectio voluntatis) & eternitas coherent.**  
**Mundi erit aliquando finis.** **Eternitas caret fine.**

H.

- Vegetabilia sunt partes mundi.** **Vegetabilia non sunt aeterna.**  
**Si n. huius esse atamen virtus multo magis virtutes** **Eternitas efficiens est major mundo.**  
**Mundus non est maior se ipse.** **Eternitas est nobilior mundo.**

I.

- Elementa sunt principia mundi.** **Elementa non sunt eterna.**  
**Mundus non est mundus.** **Si mundus est eternus, eternitas non erit aeternitas.**  
**Mundus non est equalis pro** **Aeternitas est, equaliter immutabilitas.**  
**Accidentia mundi non sunt eterna.** **Instrumenta-Aeternitatis propria competit mundi.**  
**Mundi gloria non est maijor gloria Det.** **Gloria Dei/nam gloriam alterius non datur.**  
**Mundus est minor Deo.** **Minoritas Si minoritas est eternus, eternitas est minor immutabilitate.**

K.

*\*Expositio diagrammatica\**

1. Diagramma nostrum est positum quo quartæ figura: ita ut planè una eademque sit, cùm amplitudo, tūm necessitas.

2. Sæpè occurunt inutiles combinaciones, & unum argumentum interdum tērve quatuor occurrit. Itaque delectus argumentorum est habendus.

3. Proposito problemae aliquo, illud resolve in subjectum & prædicatum; & numerumque reduc ad suam literam, ut *Mundus* reducatur ad C. *Aeternus* ad D.

4. Reductione facta, utramque literam, sive utrumq. terminum deduc per singula substrata elementa, & deinceps argumentare à natura cùm subjecti nūm prædicati. Subjectum ita combinatur. CB CC CD CE CF CG CU CI CK.

Prædicarum hoc modo combinatur. DB DC DD DE DF DG DH DI DK. Si placet, adde questiones, ut ita unius litteræ sint quatuor significata.

5. Singulæ litteræ denotat subjectum, prædicatum absolute & respectivum, Itaque qualibet combinatio subministrat sex argumentationes, ratione subjecti, & ratiōne prædicati.

6. Si quis disponat argumenta cūn themas

mate seu quæstione, videbit rationem consequias.

7. Ut ad unum idemque argumentum affecte queas instantias. cogita *unum duc ipsæ omnia*. Una enim litera probat alteram.

8. Per quæstiones sic probabis mundum non esse æternum: per *Quid*: mundi quiditas est finita per *Quale*, mundi qualitates non sunt æternæ: per *Quantum*; mundus est quantus. Non niger æternus? per *Ubi*: Mundus est in loco; per *Quando*: Mundus est temporalis. Sed quis singula percusat? Nam si ad prædicamenta & argumenta Logica recurramus, quænta surget novis mediis?

*Epilogus tractationis de artis Lullianæ architectura & usu.*

Hec volui scribere bono publico, de architectura & iuri artis Lullianæ, paratus dedere iis, qui aliam ejus artis explicacionem vel etiam applicacionem adferre conantur. Ego ea sincè detexi, quæ jam per octennium discere & audire mihi licuit. Poteram quidem plenum commentarium adornare adjectis quampli plurimis variarum facultatum exemplis: sed quum viderem excellentissimum illum Keckermannum in Logica sua speciali talia & præcepta & exæpla habere, quæ paucissimis immunitatis

158      THESAURUS ARTIS  
tis ad principiū huius artis transferri pos-  
sent, maluī exerceat ligētiā lēctoris in  
collatione, instituenda, quam meam in iis  
occupare quā ab iis, qui infra mediocri-  
tatem docti sunt, p̄stari quam facilimē  
possunt.

T R E S R O T Ā

Facultatis oratoriae

Ad copiam rerum comparandam;

Iten q̄ic

T R I A N G U L U M E T C I R C U L I

Ad copiam verborum & re. um simul  
comparandam.

Superest tertia meditationem nostrarum pars:  
qua cupimus suppetias ferre oratoria facultatis  
studiosis. Non autem intendimus plenum  
hujus facultatis systema scribere: sed pro  
Gymnastica quædam p̄ponere, quæ fa-  
ciunt ad copiam cū rērum, tūm verborum com-  
parandam.

*Ad Copiam*      Copiam rerum oratoria facultati studiosus si-  
*verborum*      bi comparabit per tres rotas sic circulos. Sicut e-  
*comparan*      nim tria sunt genera orationum, Demon-  
*dam faciliū.*      strativum, Deliberativum & Judiciale: ita  
*tres rotas.*      tres inventi sunt circuli à Jafone Nores, Italo  
scriptore, qui ad tria ista orationum genera  
accommodati sunt, quos in Tabulas rede-  
git Antonius Posserinus l. 18. bibliotheca selecte.  
Verūm, quum neuter italicus, quod  
voluit, ego in præsentiarum pro virili an-  
nitar, ut tres istæ oratorum Rotæ melius  
fabre-

fabrefiant, & facilius intelligantur. Itaque de illorum fabrica & uero principiis. In genere notetur, quemlibet circulum tribus parti- Generalis  
bus essentialibus constitare debere, videlicet centro ol, servio  
circumferentia. & norma sive regula. In centro deoris  
scribendum est thema, de quo dicendum. In circumferentia ponenda sunt argumenta, et oratoria, cuiusque  
generis propria. In norma exprimenda sunt argu-  
menta Logica, vel ex mente Peripateticorum, vel  
juxta methodum Rami. Quod si magis arri-  
denc termini Lulliani, possunt assumiri.  
Quoties ergo occurrit thema pertractan-  
dum, velim, illud inscribi centro. Quo fa-  
cto, de illo enuncientur argumenta ora-  
toria, posita in circumferentia. Non autem  
nuda illa argumenta assumenda sunt, sed  
quodvis argumentum oratorium dedu-  
cendum est per argumenta Logica in re-  
gula expressa. Norma igitur sive regula ista  
ita erit comparata, ut possit volvi, & singu-  
lis argumentis logicis applicari. Sic de tri-  
bus istis rotis in genere: nunc in specie de  
singulis.

### ROTA GENERIS DEMON- STRATIV*L*.

Orationes generis demonstrativi ver- Rota demonstrativa  
santur in laude & virtutie personarum, personarum, ratione  
ternum, factorum. factorum.

Itaque in centro ponatur vel persona,  
vel res, vel factum.

Si

Si est persona; eaque laudanda in circumferentia pone bona animi, corporis, fortunæ: Sin vituperanda, in circumferentia pone mala animi, corporis, & fortunæ. Dehinc normam applica singulis: ut bona animi considerantur, ratione cause effientis, materiæ, & reliquorum terminorum simpliciū. Si est res; considera in circumferentia magnitudinem seu excellētiā, vel paritatem & ignobilitatem, ratione causarum effectorum, & reliquorum argumentorum.

Si est factum in circumferentia, posse personas, locum & tempus.

His ita positis in circumferentia, applicetur norma sive regula, quæ continet argumenta amplificantia, quæ alias non inscitè vocantur examinativa.

Cæterum de laude personarum sequentia notentur. *Laudamus* i. direðe. cum mortuum laudamus: idque per amplificationem, dum extollimus mortui patriam, nobilitatem, educationem, virtutes; nec non suademos defuncti junioribus cognatis, ut ejus egregia facta irritentur, seniores autem cognatos consolamur. 2. *Oblique*, cum per speciem gratiarum actionis eadem opera aliquem laudamus, quod sit, prīmò cum per amplificationem & comparationem acceptum beneficium extollimus, deinde eam ipsam virtutem commendamus, quam in nos

*Ratio laudandi triplex.*

nos conferendo beneficio adhibuit; deniq;  
pollicemur nos futuros gratos & beneficii.  
memores j. Item oblique, cum per causam  
gratulationis simul etiam laudamus aliquē  
In quo tria praestamus: Primo felicem illi  
exitum rei gratulamur; Secundo per ampli-  
ficationem meritum ejus commendamus,  
& virtutem, cuius beneficio id conse-  
cutus sit; tertio, Deum precamur, ut ad  
commune patris & familie bonum, id ipsi  
contingat.

### ROTA GENERIS DELI- BERATIVI.

*Rota generis  
deliberativi*

**R**ota generis deliberativi habet centrū  
circumferentiam, & normam.

In centro ponatur thema, videlicet sua-  
rio & dissuasio ipsa, cuius hæ sunt species ē  
Posseyini bibliotheca.

X Forma,

	Suadendum,	dissuadendum.
1. Bellum, Pax, In- ducia, Fedus	Quod iniri de- beat	Quod iniri non debeat.
2. Dux exercitus, classis prefectus	Quod creandus	Quod non crea- dus.
3. Civitates, Gar- ces.	Quod munien- da	Quod non mu- nienda.
4. Trajectio, com- meatus.	Quod concedens- da	Quod non con- cedenda.
5. Consuetudo.	Quod introduc- enda vel ser- vanda.	Quod non in- troducinga vel servan- da.
6. Lex.	Quod ferenda vel usu fir- mando.	Quod non fer- da vel usu firmanda.
7. Meritum.	Quod premio af- ficendam.	Quod premio non afficien- dum.
8. Census, onera, tributum.	Quod imponen- dia	Quod non im- ponenda.

In circumferentia sint argumenta probantia.

Suasio.

Dissuasio.

Probanda.

1. A necessario.	A non necessario.
2. A possibili.	Ab impossibili.
3. A facili.	A difficult.
4. Ab usili.	Ab inutili.
5. Ab honesto.	Ab dishonesto.
6. A delectabili.	A non delectabili.

In regula sunt loci topicci dialetici. Non  
minim tamen suasio & dissuasio amplifi-  
cantur ex circumstantiis rei, personæ, loci,  
temporis.

et portationis, & causae, & excitandi sunt  
affectiones desiderii, spei, amoris, timoris.

### ROTA GENERIS JUDICIALIS.

*Rotageneris deliberativitatem habet tres Rotageneris partes integrales, centrum, circumferentiam, normam.*

In centro collocetur ipsum metathema,  
de quo paucis sic habendum. Genus judi-  
ciale in se habet accusationem & defensio-  
nem iusque; quatuor potissimum sunt que-  
stiones, seu constitutiones, ad quas omnes  
illius generis causa referuntur.

Accusatio.	Defensio.
Quod accusacionem	Quod accusatio fal- sa.
Quod reus causam	Quod reus causam
habuerit.	non habuerit.
Quod reus voluntas-	Quod reus voluntad-
tem habuerit.	rem non habuerit.
Quod res fuerit po-	Quod reo non fuerit
testata.	potestata.
Quod contra reum in	Quod contra reum
ipso facto, ante et post	nec in ipso facto,
existenter imputatio-	nec ante, neque post
naturam.	affirmari possit.
Quod factum injuri-	Quod factum n' sit.
um.	Quod factum n' sit,
Quod factum contraria-	Quod factum n' sit,
equitatem naturae-	Quod factum n' sit,
rem.	naturae.
Quod factum contra-	Quod factum secun-
inveteratum u-	dum inveteratid-
um.	um.
Quod factum contra	Quod factum secun-
legem.	dum legem.

<p><i>Definitiva.</i></p>	<p><i>Quod res tale nomine meretur.</i></p> <p><i>Quod res in defini- tione, &amp; descrip- tione est compre- hensia.</i></p> <p><i>Quod rei nomen suis communi respon- det.</i></p>	<p><i>Quod res talis non meretur</i></p> <p><i>Quod res in defini- tione &amp; descrip- tione non est compre- hensia.</i></p> <p><i>Quod rei nomen suis communi respon- det.</i></p>
<p><i>Quicquidatis</i></p>	<p><i>Quod res sit satis momenti.</i></p>	<p><i>Quod res non sit talis momenti.</i></p>
<p><i>Injuriarum.</i></p>	<p><i>Per ampli- ficacionem criteriorum. rum inju- riarum.</i></p> <p><i>A compara- tione mino- ris.</i></p>	<p><i>Per exte- nuationem injuriarum.</i></p> <p><i>A compara- tione majoris minori.</i></p>
<p><i>In circumferentia ponantur arguments accusationis &amp; defensionis, hoc modo: Accusatoris intentio.</i></p>	<p><i>In circumferentia ponantur arguments accusationis &amp; defensionis, hoc modo: Defensoris depulsio.</i></p>	
<p><i>At testibus. Ab instrumentis. A tormentis. A iure jurando. A dispositione aliqua juris civilis.</i></p>	<p><i>Contra testes. Contra instrumenta. Contra tormenta. Contra ius:urandum. A contra disposizione civilis.</i></p>	

In norma sint loci argumentorum topicorum; cum primis perpendantur circūstantiae rei, personæ, loci, temporis, rationis, causæ: & excitentur affectus odii & amoris, invidie & misericordie, iracundia & mansuetudinis.

TRIANO.

## TRIANGULUM.

Satis de tribus rotis ad copiam rerum *Triangulum*, comparandam apprime facientibus: sequitur triangulum, quod facit ad copiam verborum acquirendam.

Triangulum illud est schema modificandi orationem secundum artes Logicas, Grammaticam, Rhetoricam, & Dialeticam. Brunus effinxit quadratum, ut descripsimus in theatro Scholastico & consiliario Academico. Nobis magis ardidet triangulum, de quo nos submonuit Reverendus & Clarissimus vir, M. Iobias Andreæ Hallensis. Fiat ergo triangulum: *triangulum equilaterum*. & primo lateri scribantur termini Grammatici, secundo Rhetorici, tertio Logici, hoc modo:

I. *Termini Grammatici.*

1. Per numeros, singularem & pluralem.
2. Mutando nomen.
3. Äquipollenter.
4. Compositivè.
3. Per casus. N. G. D. Ac. V. Ab.
4. Per personas. 1. 2. 3.
5. Per activum & passivum.
6. Per tempora, praesens, praetertitum, futurum.
7. Per modos, Indicativum, Imperativum,

L 3 vum,

- 166    **THESAURUS ARTIS**  
 vum, Optativum, Conjunctionum, Infinitivum.  
 8. Per Gerundia.                         9.  
 9. Adverbialiter.  
 10. Per Conjunctiones, & Interjectiones,  
 11. Per varias regulas Syntacticas.

*II. Termīni Rhetorici.*

- 1. Metonymicē.                         }
  - 2. Ironicē.                                 }
  - 3. Metaphoricē.                         } per tropos.
  - 4. Synecdochicē.                         }
- Dhinc. Per decem figurās dictionis, ut sunt:
5. Epizeuxis.
  6. Anadiplosis.
  7. Climax.
  8. Anaphora.
  9. Epithope.
  10. Symbole.
  11. Epanalepsis.
  12. Epanodos.
  13. Paronomasia.
  14. Polyptoton.
- Denique per decem figurās sententiae, ut sunt:
15. Exclamatio.
  16. Aposiopesis.
  17. Epanorthosis.

19. APo.

19. Apostrophe.
20. Protopopœia
21. Abdubitatio
22. Communicatio
23. Occupatio.
24. Concessio.
25. Permissio.

### III. *Termini Logici.*

1. Per Prædicabilia.
2. Per Prædicamenta.
3. Per argumenta Logica; quo pertinent  
hi termini.
4. Contrariè
5. Relatè.
6. Contradictoriè
7. Privativè.
8. Etymologicè.
9. Descriptivè.
10. Definitivè.
11. Per varias axiomatis seu propositionis  
species.
12. Per doctrinam syllogisticam.

Praxis trianguli ita constructi talis est:  
Si occurrat phrasis aliqua, ea ratione subje-  
cti & prædicati per terminos illos Gramma-  
ticos, Rhetoricos & Logicos est deducen-  
da: ut ostendimus in theatro & consiliario  
nostris: quo tecumandamus.

168 THESAURUS ARTIS  
EPIMETRUM.

Auctor loco placet adjicere circulos  
quodam Logicum, Historicum, Politicū,  
Lexicum, & Indirectū, futuros oppidū  
uiles oratorię studioſo.

CIRCULUS LOGICUS.

*Circulus  
Logicus.*

Tractaturus thema simplex vel cōpositum, illud inscribe centro. 1. Dein in circumferentia pone argumenta Logica principalia sive radicalia, quae nobis sunt 1. causæ. 2. effectum. 3. Accidens, sive adjunctum. Denique fiat norma, in qua scribantur argumenta amplificantia, quae nobis sunt quatuor. 1. Convenientia. 2. Contrarietas. 3. Comparatio. 4. Autoritas. Etenim quæcumque convenient, convenient causæ, effectis, & similibus. Sic causæ contrarie & effecta contraria considerantur. Comparationem possunt causæ, effecta, adjuncta. Denique hæc omnia authoritatibus sive testimonio munienda sunt. Exempli gratia. Si velis dicere de magnitudine Rōmani Imperii, considera omnium priuata casas ratione convenientiæ: ut eadem sit in hujus Imperii causæ, quæ fuerunt Rēp. Athēnensis Spartæ. Deinde eadem causas considera ratione contrarietas, ut, non sunt eadem causa hujus Imperii, quæ sunt Turcici illius. Tum descendat ad causas

causas comparatas, & denique testimonia.  
Ecce quam laetissima & latissima tibi surgit  
argumentum melius, quam si nondum ad-  
sequeris, cerebrum in calcaneo gestas, aut  
oculos mentemque Supinæ incircia vene-  
no suffusus es.

## CIRCULUS HISTORICUS.

Historicum studium ibi non commen- *Circulus his-*  
dabo, studiose lector; ob id, nempe quia hi- *storius.*  
storicum est. Historicum enim Græcis dici-  
tur omnescientificum, & scientiam perti-  
nens, si originem & flexum vocis speces.  
Maximè autem decet oratorem, in histo-  
riarum Oceanum se emergere. Debet enim  
dictis sibi libus, & exemplis, ceu sanguine  
& cute, corpus orationis sua vestire. Exem-  
pla unde petet, si noire historiis petet? At  
quo ordine petet. Eo opinor, qui est omniū  
accuratissimus aut certe accuratissimo pro-  
ximus. Talis est, quē hoc circulo adumbro.

Novem sunt intervalla, totidem literis  
adumbrata.

1. B. A conditi mundi ad diluvium.
2. C. A diluvio usque ad Monarchiam  
Chaldaeorum.
3. D. A Monarchia Chaldaeoem ad Mo-  
narchiam Persarum.
4. E. A Monarchia Persarū usq; ad Mo-  
narchiam Græcorum.
5. F. A Monarchia Græcorum ad Mo-  
narchiam

L 3 narchiam

50 THESAURUS ARTIS.

Romanorum; quæ in quatuor partibus herciscitur.

6. G. 1. A Julio Cæsare ad Constantium Magnum.

7. H. 2. A Constantino Magno ad Carolum Magnum.

8. I. 3. A Carolo Magno ad Carolum Quintum.

9. K. 4. A Carolo Quinto ad Rodolphum Secundum.

Hujus circuli utilitatem vel verbo indicabo.

Ciculus Historicus continebit novem literas modo enumeratas eritque omnium maximus, ita quidem ut reliquos ambiat supra enarratos. Quoties ergo cupis amplificare thema vel sententiā, percurre circulum historicum, ut videoas, numquid succurrant exempla aliqua sub primo, secundo, vel tertio intervallo. e.g. Theologus concionaturus de afflictionibus, quæ manent Ecclesiā, sic procedet: Suum thema in cetero collocet, & attente perlustrer singula intervalla, ut videat uno veluti obtutu afflictiones Ecclesiæ antediluvium, paulo post diluvium, sub quatuor Monarchiis. Incredibile & mirum dictu, quām singulare hoc sit memoriarum subfundium. Circulus hic dirigi potest per triangulum supradictum, nominatum per terminos Rhetoricos. v.g. Ecclesia

glesia semper est sub cruce: Hoc sic amplificatur. Adeo dum Abel, & promeloquere. Tu non fuisti sub cruce. Quid commemorem Abrahamum? Et ita deinceps.

## CIR C U L U S P R A C T I C U S.

Ad extremum adjicere placet circulum practicum, Ejus fabrica ita habet. Thēma ponatur in centro. In diametris scribantur quatuor humanae vitæ ordines, videlicet Scholasticus, Ecclesiasticus, Politicus, Oeconomicus. In circumferentia sint hæc tria, R.E.S., PERSONÆ, ACTIONES. Usualiter est. Si vel dissuadere vel dissuadere defendere vel accusare, laudare vel vituperare, considera quomodo tuum thēma deduci possit per singulos status sive ordines; & in singulis ordinibus considera res, personas, & facta, v.g. amplificatur illud p' oētæ.

*Nulla salus bello* —

Sic procede. Quæsto, auditores, perpendite: annon Schola (*eccē res*) pessum eunt, quando Mars crepat? Annon præceptores (*eccē personæ*) & discipuli aufugiunt? Annon disputationes (*eccē actiones*) declamationes, & similia exercitia silent? Eodem modo considerari possunt res, personæ, & actiones Ecclesiasticae, politicae, atque economicæ. Sed manum de tabula.

## P E R O R A.

PERORATIO

Hujus opusculi.

**T**AM manum de tabula. Quæ si scripsit  
minuta, cogites illud, pervelim, quod  
Hieronymo adscribitur: Non contemnda  
sunt, inquit, parva, sine quibus magna confidere  
sequuntur. Et verò quæ à nobis scripta sunt,  
maturo, nisi vehementer fallor judicio, an  
consilio scripta sunt. Iis enim expoliendis  
jam integrum septennium, & quod excur-  
rit insussumus.

Si qui tamen sunt severiorib. addicti, ita  
ut hęc puerilia per contemptum vocare pos-  
sint, ii, velim, cogitent, me illis manudu-  
ctionem quandam scribere voluisse, qui  
nendum habent sensus exercitatos, quique  
& amant & admirantur docendi discendi-  
querationem eorum, qui facaro Mathe-  
matico studia per se plus satis amara incru-  
stare faragunt. His me & mea probare cu-  
pio. Iisdem me commendo, & illos juxta  
mecum Deo, quem ut benedicat vita, va-  
letudini & laboribus nostris, & nos ducat  
etiam viā ad metam illam, quæ nobis in  
ecclis reservatur, ad divinæ sua  
gratiae gloriam, toto  
pectore oro.

F I N I S.

